

Dialogus Sextus

Nota triplicem
in matrimonio
copulam neces-
sariam.

Nota tres per-
uersas in hoie
deordinaciones.

Nota quomodo ma-
trimonium est sa-
cramentum.

qua anima subleuatur a corruptione et nimio libidinis ardore: ut sit
ibi copula singularis. copula utilis. et copula inseparabilis. Ex co-
pula singulari nascitur fides quaterque coniunguntur inuicem obligantur. Ex
copula utili sequitur bonum plures ad quod matrimonium est institutum. Et
ex copula inseparabili oritur bonum sacramenti. quod est sacramentum spiri-
talis coniunctionis super memorate. Et sic tria bona generantur ex matri-
monio. scilicet fides. plures. et sacramentum. Hec tria bona excusant
imo honestant ipsam copulam carnalem et ipsam copule concupiscentiam
ut actus ille aliter turpissimus honestus sit et meritorius. **Domini-**
cus. Magna certe et admirabilis huius sacramenti gratia. **Ray-**
mundus. Audi et aliam. Tres sunt in homine inordinaciones concupiscentie
peruersae. Prima est quod homo luxuriosus sepe multas appetit mu-
lieres. sed per gratiam matrimonii iste appetitus restringitur ut sit unica
prosorte sua contentus. Secunda inordinatio est quod homo luxuriosus magis
querit in coitu suo satisfacere concupiscentie quam prole aliquam procreare
sed in matrimonio gratiam recipit ut magis cognoscat uxorem gratia
sobolis quam libidinis. Tertia post completam libidinem solum nasci nau-
sea et fastidium eius mulieris quam cognouit: ac tunc illam respuit et que-
rit aliam. sed in matrimonio datur gratia et adiutorium ut nullam cupiat ex-
tra prosortem suam. velitque spiritum cum ea inseparabiliter permanere. **Domini-**
cus. Dimmesam clementiam domini saluatoris qui tali sacramento
nostris concupiscentiis benigne prouidit. Scit enim ipse carnem nos lu-
bricam gerere et sordibus plenam. Et ideo instituit miserans ut illicita
desideria licitis matrimoniis restringantur. Sed nunc paucis
ostende quomodo matrimonium sit sacramentum: et quod illic est visibile: quod
inuisibile. **Raymundus.** Istud sacramentum instar se habet sacramen-
ti panis: in quo non est res aliqua corporalis. Verba itaque a viro et mu-
liere prolata per quae interior amborum sensus exprimitur sunt illud totum
quod primum apparet in matrimonio. et interior ipse sensus est id quod
in matrimonio significatur. Et inde causatur vinculum obligatorium in-
ter virum et mulierem inuisibile. spirituale. quod nunquam dissolui potest: diuina
ordinacione id disponente. Sunt igitur tria istuc per ordinem. scilicet ver-
ba exteriora. interior utriusque sensus. et ipsum insolubile vincu-
lum. et hoc vinculum est sacramentum. quia coniunctionem inter deum
et animam: inter christum ecclesiamque significat. Virtute huius vinculi
vir transit in patrem et mulierem et e converso. et tenentur sibi mutuo debi-

87

Capitulum lxxxiiij.

tū reddere. Si voles hanc materiā pfectius nosse oꝛ te qđ iurisperiti loquant aspiciere. Nos qđ nrm̄ fuit sufficiēter exp̄sissimus: sil' 7 de sacramētis vltra dīspūtādis finē statuim⁹. Unū supeſt vt innūeras grās x̄po dño hūili corde dicamus qđ hūſce p̄ciosissimis sacramētis nos lapsos erexit. deo sibi qꝛ recōciliauit. de p̄tate tenebrarū eripuit. grām nobis 7 bñ esse p̄tulit. 7 et nā gliam repromisit. vt de bñ esse grē ad esse optimū glie trāseamus. **Dominic⁹.** Ecce hoc postremū qđ de optio esse glie tetigisti hactenus mibi aīm suspēsū tenuit. cupiēs vehementer agnoscere quō esse optimū x̄ps̄ miserator largiturus sit. Hoc em̄ complet 7 p̄summat totū hoīem. Tu ergo p̄ tua humanitate aliquid de hoc ocius ediffere.

De vniuersali iudicio. et ostēdit

de necessitate v̄tuz cū generali corpm̄ resur̄ectōe ¶ **Ca. lxxxiiij**

Raymūduſ. Facerē: etiā etsi mīme rogares. Non em̄ oꝛ hoīez (de qđ hactenus sp̄ locuti sum⁹) dimittere incōsummatū. Egimus de hoīs creatōe: egimus de sua reparōe. nūnc agendū est de finali eius retributōe. Triplr̄ em̄ opatur de⁹ circa hoīem. scz̄ ip̄m̄ creando. reformādo. 7 iuxta qđ operatus est eq̄ssime iudicādo. Lū itaqꝛ sit hō opus dei vinū. nobile. magnificū. 7 p̄re ceteris creaturis suo p̄ditori simillimū. iō nō d̄z̄ incōsummatuſ imp̄fectuſqꝛ manere. Vez qꝛ nō p̄t vltimū cōsequi finē nisi p̄us opa eius examinent 7 iudicent. vt iuxta q̄litate sui opis vltime retributōis p̄miū sortiat. sine in v̄ternā penā siue in gloriā sempiternā. Idcirco nūc necē est de hoc vltio et generali iudicio pauca dicere: 7 an etiā futuz sit certis rōibus naturalibꝫ demōstrare

Dñicus Ita fac obsecro: ego aures cordis diligēter admoueo

Raymūduſ. Iudiciū vniuersale futuz p̄t ex ip̄ius hoīs natura p̄bari. Flā cū hō h̄z̄ a deo libe

rā voluntatē. 7 est opez̄ suoz̄ dñs. iō opa eius rōne arbitriū st̄

meritoria. 7 iō etiā iudicabilia: vt recipiāt iudicāte deo vel pe

nā vel gloriā Justissimū certe est vt qđ aliqd̄ libera opatōe p̄me

ruiat id a deo in integrū recipiat. vt deſ ei post laborem sua mer

ces **Dñicus** Si hō d̄z̄ mercedē sui opis a deo recipe. iō ma

nifeste p̄ns est iudiciū ventuz qđ examinet 7 iudicet quid p̄me

¶ **Qđ vniuersale iudiciū est futuz patet his rationibus.**

Dialogus Sextus

ruerit Raymūdus. Idem pbamus rōne debiti. Bonis em̄ opibus debet laus fauor et honor. malis vero e diuerso vituperium ignominia et opprobrium. Hinc etiā or̄ q̄ opa bona q̄ ppter deū sunt facta tantā recipiant a deo laudē et gloriā q̄ nō possit amplior estimari. et opa iniqua in iniuriā dei perpetrata tā grandē execratōem cōfusionēq̄ sortiātur q̄ neq̄at grādiōz posse donari. Ut igit̄ hec in summo fiat: necē est vniuersale iudiciū pferri in cōspectu oīm hoīm et angeloz q̄ norunt inter bonū malūq̄ discernere q̄ iusta opa ab oībus approbent. laudent. et publice honorent: que vero reprobata sūt cū summa oīm execratōe explodant. exhibent. cōfundant. **Dominic⁹.** Ut istud fiat qd̄ dicis necē est oīm illic corda p̄sciētiasq̄ palā cunctoz ocul' patefcere. vt boni cōz mereant accipere laudē: et mali publicā p̄sufionē **Raym.** Vex tu dicis. libri em̄. i. p̄scie apient' et mortui iudicabunt ex his q̄ scripta fuerint in libris. Tercio pbamus iudiciū futurū ex cōditōe opeꝝ maloz. Nā opa iniqua supplicij puniri debent et ignominij. Nō em̄ sola pena debet p̄ctis: sed etiā apta cōfusio. cū plerūq̄ boies magis timeāt p̄fundi q̄ torq̄ri. Ea nāq̄ est oīm scelez et maloz opeꝝ cōditio vt celari velint sp̄ et abscondi. Quia igit̄ nemo malign⁹ vult secretā fraudis sue neq̄ciaz agnosci: iō vt p̄ctā oīa q̄ nūc sunt occulta extrema et publica retributōe feriant: necē est vniuersale apparere iudiciū in q̄ oīa maloz furta. fraudes. artes et ingenia tāta claritate cūctoꝝ oculis patebūt vt sole clarius videātur **Dñicus.** Ha q̄ insana sūt q̄ vere vecordes q̄ nunc sua scelera vni hoī in p̄fessione apire refugiūt: q̄ in illo tremēdo iudicio tā lucida demōstratōe cōfusibiliter expādent. Quāto sat⁹ est nūc ea clam p̄dendo occulere: q̄ ea postmodū cū summo rubore palā ostēdere. et ostēdendo perire **Raymūdus.** Istud certe p̄merētur q̄ hic nolūt vllatenus de p̄ctō cōfundi: p̄p̄riā laudē gloriāq̄ q̄ rētes. q̄bus eterna caligo et cōfusio reseruat. Quarto pbam⁹ iudiciū futurū ex gaudij tristicieq̄ natura. Necesse est em̄ vt iustus de sua iusticia taz magnifice gaudeat vt p̄fectius gaudere nō possit: et impius de sua neq̄cia tā grandē habeat tristiciā vt ea nō possit maior h̄ri. Ut aut̄ istud sic fiat necē est vniuersale iudiciū p̄mulgari: in quo boni ab oībus laudati summū gau-

87

Capitulum lxxxiii

diu: et reprobi ab oibus vitupati eternam tristitia mereantur. Quinto. non sunt nisi duo iudicabilia. scilicet opera mala et opera bona. et quae contraria iuxta se posita magis ipsa clarescunt. id est futurum generale iudicium in quo omnia opera bona operatione malorum gloriosissime illustrabuntur. et mala opera operatione bonorum extrema confusione sordidentur. **Dñicus.** Terribile est quod loquaris. et quod pravorum hominum possit animos promovere. Sed nunquid hec extrema omnium operum retributio in sola hominis anima fieri debet: an etiam simul et in carne

Q generale iudicium omnium corporum mortuorum vniuersale precurrit resurrectionem ¶ Capitulum lxxxiii

Aymundus. Diximus precedenti capitulo. quod generale iudicium respicit humanam naturam. Ad humanam autem naturam pertinet et corpus et anima. Nam sicut est natura corporalis tantum: et natura spiritualis tantum. ita est natura corporalis et spiritualis simul. Quia igitur hec natura est iudicabilis et premiabilis. id est necesse est ut in corpore et in anima iudicetur. Ut autem hoc fiat oportet fieri corporum omnium resurrectionem. ut sicut anima in corpore et cum corpore aut peccauit aut iuste egit: ita etiam cum corpore recipiat quod promeruit. Et quia illud extremum iudicium est finalis omnium retributio. id est fieri debet generalis omnium mortuorum resurrectio. Una ergo inseparabili cathena colligantur et vniuersale iudicium. et resuscitatio mortuorum. Preterea. mortuorum resurrectio est necessaria propter totius vniuersi complementum quod ex tribus constituitur naturis. Quia igitur corporalis natura tantum: et spiritualis tantum permanent in eternum ideo etiam oportet ut ex ambobus condita natura suscitata in sempiternum perseueret Ideo etiam pueri qui ex proprio nihil deliquerunt propter complementum vniuersi necesse est cum alijs resurgant. Preterea. aut nemo aut omnes certe resurgent. Si ergo aliquis iam resurrexit: argumentum est quod resurgent et omnes. sed christus verus homo iam a morte surrexit. ergo omnes resurgent quia resurrectio debet humane nature. nec est impossibile fieri quod semel iam factum est Sicut granum frumenti cadens in terra dum mortuum fuerit et reuixerit multiplicem fructum affert: ita christus mortuus et suscitatus innumerabilem corporum resurrectionem operatur. Ista autem resurrectio

Dialogus Sextus

In q̄li corpore
mortui r̄surgēt

neq; in xp̄o facta est ūtute humana: neq; in nobis fiet s; ptāte
diuina **Dñicus.** Sed q̄li in corpore mortui resurgēt. **Ray**
mūdus. Qui mēbra st; xp̄i resurgēt xp̄o simillimi. in corpore luci
do. agili. īpassibili z īmortali. Qui aut xp̄i st; aduersarij dissimi
les valde xp̄o resurgēt. in corpore tenebroso. ponderoso. grosso
passibili. sed īmortali vt viuāt z vrant z sentiāt sp. Cū em̄ vir/
tus causaq; resurrectōis p̄sistit in merito vl' demerito hoīs qd̄
sp̄ etiā moriēte hoīe p̄manet īmortale. Ne ḡ cassa z inania sint
humana merita z ne vacuū appareat in vniuerso necē est futu
ra vera corpm̄ resurrectio. **Dñicus.** Quid hic origeniste di
cturi st; qui carnis negāt resurrectōem: asserētes oēm corpore
am subam in fine mūdi penitus īterire. sicut in suo periarcho
origenes exētur **Raymūdus.** Orogeniste z horū seq̄ces iō
decipiunt qz nō rectis oculis opa creatoris aspiciūt. Jō dicūt
em̄ resurrectōez nō esse. qz putāt p̄fidi hoīes de mortuis extin
ctisq; puluerib; deū viuas carnes suscitare nō posse **Dñicus.**
Licet ego nō dubitē qn̄ deus id possit: tu tñ ostēde q̄no possit
Raymūdus. Si de; potuit innumerabiles rez spēs sil' de
terra p̄ducere: facile etiā poterit de suis puluerib; ea q̄ p̄us fue
rūt corpa suscitare. Sicut em̄ dei iusticia id req̄rit: ita z maie/
stas ūtutis eius id poterit. **P̄terea.** si potuit deus tot corpa
cōdere q̄ penitus nō erāt: q̄re nō poterit reformare q̄ perierāt.
P̄terea. si deus potētī manu aliq̄ cōstituit corpa incorrupti
bilia: vt st' celestia corpa. q̄re nō poterit reparare mortalia corpa
n̄ra z ea facere īmortalia **Dñicus.** Nihil hac verū veritate

Q iudiciū generale futurū sit p̄t
p̄bari rōne honoris. potētie z sapiētie dei ¶ Capitulū. lxxxv

Raymūdus. Ego p̄terea magnope tibi p̄desse arbitror si
p̄bem etiā generale iudiciū futurū ex p̄te honoris z poten
tie dei. nō q̄ tibi fidē augeā s; timorē. Nā ex quo de; suo b̄n̄pla
cito nullo aut rogāte aut cogēte humanā naturā cui nō eēt cō
didit. ḡ multo magis debitā faciet meritoꝝ oīm retributōem.
Quia nō eēt equū hoīem libere opantē creare z opis mercedē
nolle reddere. Sc̄do. cū finalis retributio sit op̄ honoris so
lū dei extra se. quicq̄d em̄ deus opat̄ extra se ad suū id opatur

89

Capitulum lxxxv.

honorē. Et qz iudiciū finalis retributiōis est vltimū z cōpletū opus dei circa humanā naturā. ideo o3 vt in hoc vltimo opere deus agat palā manifestādo summū honorē sue potētie. sue sapiētie. sue iusticie. Potētia apparebit in tot corporū suscitatiōe. sapiētia in psciētiarū discussione. iusticia in meritozū eq̄ssima distributiōe. **Dominicus** Hūc summū honorē deus nō acq̄reret exterius nisi humanā angelicāq; naturā ad examē generale deduceret: in quo possent sue potētie. sapiētie. z iusticie opa ab oībus videri z p̄mēdari. **Raymūdus.** Præterea istud iudiciū v̄le cū debeat eē summe honorificū. laudabile. gl̄iosum o3 igiŕ vt illic fiant aptissime oīm meritozū declaratiōes. o3 q̄z vt ferant̄ sentētie irreuocabiles: z finali denŕ meritozū oīm iustissime retributiōes. Req̄rit em̄ hoc iudiciū vt in meritozū declaratiōib; ostēdat̄ in iudice rectitudo veritatis. in sentētis irreuocabilib; auctoritas z ptās summe maiestatis. z in retributiōe p̄mioz sue penaz plenitudo iusticie z bonitatis. **Præterea** cū istud iudiciū sit summe honoris z maiestatis. iō necē est qz fiat cū tāta solēnitate pompa z magnificētia thronis z ptātib; obsequētib; vti talē infinite maiestatis iudicē decz. **Oporet** igiŕ vt p̄pter iudiciariā ptātem (q̄ terrore ingerit z formidat̄) oībus appareat deus iudex formidatus. minax. terribilis. metuēdus: z vt hūc terrore exerceat iuxta suā reuerēdissimā maiestātē. **Dominicus** Istud vere req̄rit p̄ceptis hoīm iniquoz. q̄ deū iudicē z sua mādata spernētes mille illū vicib; offenderūt. Erit igiŕ oībus reprobis incōpabilis timor z tā imēsus vt nō possit augeri āplius. **Puto** tñ iustos cū securā habeāt p̄sciaz nihil hūc iudicē formidaturos. **Raymūdus** Iustis illic tuta erūt oīa. Excipiēt tñ eū cū summa veneratiōe ac reuerētia: vidētes altissimā eius excellētiam. maiestātē. sapiētiā. virtutē. dignitatē. **Exq̄** em̄ istud opus iudicij est vltimum opere suoz iō erit purissimū. excellētissimū. solēnissimū. summe honorificū sup oīa opa manuū suaz. **Dñicus.** Ex his apte colligim; (cum opus iudicij sit opus summi honoris. iusticie. virtutis z bonitatis) qz ad deū maxime ptineat facere iudiciū et dare vnicuiq; fm̄ opa sua. **Sed** q̄s erit iste oīm iudex. scio qz deus. sed nunq̄d nō hō deus: vt ipse sit z iudex z retributor.

Dialogus Sextus

qui p̄sus fuit oīm repator Raymūsus Ille ip̄e xp̄s iesus vni
genitus dei: cui pater dedit omne iudiciū quia filius hominis
est. Ideo merito debz hoies iudicare: cum z ip̄e homo sit. ho/
minuz redemptor et reparator Dominicus. Nihil verius
vltra progredere.

De excellētia huius diei pre cete
ris diebus. z de finali retributōe ¶ Capitulū. lxxxvi.

Raymūsus. Anteq̄ loquamur de finali oīm operū retri/
butōe dicā pauca de nouissime diei magnificētia In hoc
die oīm precedentū dierū opa p̄gregabunt z suā mercedē re/
cipiēt. In hoc die magnificētius opabitur deus q̄ in ceteris
sit opatus dieb: hoies suscitādo ac imortales faciendo. z vni
quēq̄ iuxta qd̄ meruit eterna retributōe donādo. In hoc die
solus opabit hō deus: in ceteris sua hoies opa p̄petrarūt In
h̄ die deus ostēdet opa sue p̄tatis. sapie. iusticie. veritat̄. et bo
nitatis. p̄plens oīa opa sua in summa laude gl̄a z honore Hic
dies erit dies timoris. angustiaz. z formidinis oībus iniquis
Et dies gaudij exultatōis z glorie oībus iustis z bonis Do
minicus. Merito igit̄ hec dies nobis in p̄tinua debz esse me/
moriam: z ad hūc tanq̄ ad suū centrū oīa diez nostroz opa diri
gere: z quantū possumus iusticie z virtutibz operaz dare: ne in
illo die corā tanto iudice z oīm hoīm atq̄ angeloz frequentia
p̄fundamur. Ubi aut̄ huius memoria diei nō habet̄ illic incō
stātia regnat z malicia z oē opus prauū atq̄ p̄uersuz. Et qz iu
dex ille magnific⁹ nec errare poterit nec corrūpi nec decipi q̄
oīm scrutatur renes z corda. q̄ oīa videt z nihil negligit: iō hec
assidue cogitātes et hūc diē pre oculis hūtes debemus opari
quod bonū est. Bonoz em̄ laboz gl̄osus est fructus: z regnū
p̄manēs sempiternū. Plationes aut̄ inique dire erūt p̄summa
tōis Raymūsus. Ex hoc ip̄o quod nūc dixisti finalem elici
mus iudiciū p̄summatōem. que fiet in bonoz malozq̄ ab inui
cē p̄petua sepatione. Due em̄ he gentes: vna iustoz: altera im
pioz cū sint inter se p̄trarie p̄rias snias recipiēt. p̄trarias sedes
mercedes. retributōes. Qui em̄ lucifero volūtate pessima ad
belerūt sua mēbra effectū: cū ip̄o in sempiternis ignibz damna

Memoria di
ei iudicij

De finali retri
butione.

90

Capitulum lxxxvi

bunt. qui vero xpm dnm secuti sunt cum ipso in eternam gloriam
sustollentur. Illi mergentur in profundissima abyssu. isti leuabuntur
in epyreo celo Illi ignibus: isti delicijs donabunt. Illi habebunt
socios demones: isti angelos socios sortient. Illi pre immensis
angustijs ululabunt: isti pro voluptatum magnitudine gratulabu-
tur Illis supincubabit obscurissima et sempiterna caligo tenebra-
rum: istis autem deus erit in luce sempiterna: et lucerna eorum erit ag-
nus. Certe nunc habes quod petisti. collige ex his ultimum hois
complementum. Nam si bonus iudicatus fuerit sortietur esse optimum
cum angelis in regno: si vero malus esse pessimum perpetuo possi-
debit cum demonibus in inferno **Dominic** Hoc extremo tuo
sermone elidit pestifera origenis in suo periarcho opinio. ubi
asserit malos gehene supplicijs eruditos virtutes velle capesce-
re et his exercitos regnum promereri supernum Tu vero qui utriusque
populo statuisti limites sempiternos: huius viri somnia penitus
vacuasti. At quoniam nunc finem me video attigisse omnium que volebam et
ad ultimam retributionem peruenisse: ago immortales gratias digna-
tioni atque industrie tue. Dignationi quidem quod volueris: industrie
vero quam me efficacissime instruere potuisti. Dum vivo et spiritus
hos regit artus memor ero huius optime institutionis tue: ut
semper meminerim me a summo creatore propositum. ceteris crea-
turis longissime prelatum. me mea inobedientie superbia collapsus
mille tum calamitatibus interceptum. christi me miseratione redemp-
tum. suo me examini reservatum. et pro meritis bonorum operum
eterna premia recepturum. Verum quia in longam noctem
hanc ultimamque disputationis nostre partem protraximus: unum
abs te mihi raymunde efflagito: ut ea que inter nos nunc agitata
sunt (est enim mihi fragilis memoria) libris mandes: quo et ego
reminisci: et posteris hac utilissima eruditione possint effici me-
liores **Raymundus**. Quamquam primus liber olim a me scri-
ptus apprimè sufficiat: faciam tamen quod efflagitas. Nam ex
quo hec nunc nostra disputatio succincta fuerit. plana. facilis.
acuta. et lepore salibusque respersa. ideo ante primam editionem mul-
to libentius a plerisque legetur. presertim cum illa prolixitate sui
fastidium legentibus generet: ista recreet fastiditos. Verum
quod obscura iam nox ad somnum nos euocat. cibo potuque ante

Dyalogus Septimus

corpa foueamus: ac tum postea dulci liceat indulgere sopori.

Dominicus. Quāq̄ tua adhortatōe ita roborat⁹ sum atq̄ cōfortus vt carnis delicias nō req̄ram: pareo tñ voluntati tue vt me ad tua iussa p̄num inuenias quē tam beniuolum in meis precibus sum expertus.

¶ Finit inter magistrū Raymundū sebundiū ⁊ dñm Dominū cū seminuerbiū disputatio. de hoīe propter quē alie creature facte sunt: ex quarū cognitōe illuminat⁹ homo ad cognoscendum ⁊ se: et deum: et alias creaturas

Incipit septimus dyalogus pul

cerrimus ac deuotissimus inter Mariā ⁊ Dominic⁹: de misterijs sacre passionis dñi nostri iesu christi sp̄ benedicti.

Dominicus. Audiustertius ipso videlicet scō parasceue die cū interessem passiōi vnigeniti tui o maria (seq̄bar em̄ timidus cū petro a lōge) vidi eū plurima pferre et multa in illū fieri q̄ me vehemēter pmouerūt. Neq̄ em̄ sine mira rōne est cur oipotens deus (quē tuū filium esse p̄fiteor) tā acerba tormēta: tāq̄ indigna ludibria ⁊ p̄bra sustinere voluerit. Optabā anxius et mestus hoz nosse misteria sed te cū viderē immēsis circūseptā angustijs ⁊ merorib⁹ innumeris absorptā nō te interrogare p̄sumpsi: sciēs qz mibi r̄dere nō posses q̄ pene mortua videbaris. At nūc cū iā fili⁹ tuus resurrexerit ⁊ mestitudinē oēm tuā lōge ppulerit: oro te mitissima parēs ne fatigeris mibi seruulo tuo passiōis vnigeniti tui misteria p̄palare. Maria Eya mi fili dñice infandū (mibi crede) iubes renouare dolorē. Neq̄ em̄ passionē filij sine p̄passione: nec lachrimosam sine lachrimis materiā potero memorari. Vex qz sp̄ cū ingēti fructu xp̄i passio recēset vt tibi mibiq̄ fructificē: morē gerā rogatib⁹ tuis. Dominic⁹. Ergo imortales grās humanitati tue: q̄ vt ceteris soles ita ⁊ mibi qz immerito te beniuolā p̄bes. Dic igit̄ mibi o sapiētissima ego qd̄ cause ē obsecro qz dñs maiestatis filius tu⁹ (cuius sapie nō est numerus) tā ignominiosam subire voluerit passionē. Maria. Di

Septimus.

cam panis: tu tñ diligēter aduerte. Post illā humane preuari
 catiōis diabolo decipiēte ruinā vniversalē: ex qua p vnuz ho/
 minē peccatū introiuit in hunc mundū: z per pctm̄ mors: z ita
 in oēs hoies ptransūt in quo oēs peccauerūt: post illam itaqz
 ruinā nemo diaboli dñationē. nemo vincula dire captiuitatis
 euaderet. nec cuiqz aut recōciliatio ad veniā: aut reditus pate
 ret ad vitā. nisi coeternus z coequalis deo patri: filius dei etiā
 hois esse filius dignaret veniens q̄rere z saluū facere qd̄ perie
 rat. Ut sicut p adam mors: ita p mortem xpi esset resurrectio
 mortuoz. Adam se z suam sobolē supbiendo deiecit. xps vsqz
 ad crucis necē se humiliādo in se credētes erexit. Adā diuini
 tatis gloriā p̄cupiscēs cōparat⁹ est iumentis insipientibz: xps
 fact⁹ nouissim⁹ viroz cū deus essz: angelicis boiem adequa
 uit virtutibz. Adā suasu serpentis inobediēs in ligno peccauit.
 xps fact⁹ obediēs vsqz ad mortē per lignū cūcta restituit. Ha
 bes ecce breuiter qd̄ petisti. **Dominicus.** O inscrutabilē di
 uine bonitatis abyssum: qui tali miseratiōe statuit deiecta eri
 gere: z p̄fracta in integrū solidare. Sed q̄so te dulc⁹ mater ne
 me estimes importunū si passiōis causas p̄ticulari⁹ indagaue
 ro **Maria.** Facito vt voles: ego votis tuis libēs occurram.
Dominic⁹. Cū ingrederet vnigenit⁹ tuus acerbe passiōis
 p̄fictum: vidi illū pallefcere. tremere. trepidare. z immēsis val
 latū angustijs in faciē sup̄ terram p̄cidere: z patrē vt a se mort⁹
 calicem auferret deprecari. Harū angustiarū nosse cupio rōem.
Maria. Ex mi fili dñice q̄s ingēti merore mea nūc viscera p
 mouisti. nō possum equo animo harū calamitatū quas fili⁹ p
 tulit reminisci. Agnosce tñ in his angustijs cōditoris tui dul
 cem clemētiam. Pauores em̄ hos z tristicias assumpsit vt no
 stras in se tristicias vinceret: z eternas quas hō meruerat an
 gustias suis angustijs benign⁹ excluderet. Sicuti em̄ (vt sup̄
 retuli) tuā mortē sua morte destruxit: sic tuaz mestitudinē suis
 meroribz eliminauit: vt faciē tuam exhilararet in oleo. z in mē
 tis alacritate dño famulerz **Dominic⁹.** Gratias benignissi
 mo saluatori. qui suo pauore metū mihi dire mortis ademit. z
 in spem vite eterne fidēter animauit. Sz puto te nō latere mi
 tissima: q̄ xps dñs in agonia cōstitut⁹ sanguinē z aquam abū

Cur xps pat /
sus in generalē

Cur xps pat /
mescere volu /
it z tristari

Dialogus Septimus

Cur sanguinē
et aquam xps
sudauerit

de sudauerit Maria. Cum id o fili spū reuelante vidissem nū-
mio dolore cōmota vehemēter intremui: et sicut ille totā suam
carnē in sudorē: ita ego oē cerebrū meū in lachrimas reliquaui
Considerās em̄ dñs iesus inminēs et amarū mortis discrimē
ac tū vehemēti anxietate p̄motus inflāmabat corpus et cor ei⁹
vt aptis membrorū poris sudor sanguineus p̄siliret. Et hec q̄-
dem benignissimus miserator in figura morietis hoīs vltro p̄-
egit: qui hūane mētis in se certamē expressit. Hoīe quippe ad
mortē p̄pinquāte vim quandā terroris ac formidinis patitur.
cū p̄ solutōem carnis ad eterna et districta tribunalia purget̄.
Ne ergo fidelis xp̄ianus horā mortis anxius sudāsque p̄timefce-
ret: vnigenitus meus et sudare voluit et vehemēter metuere vt
illi hō grās haberet et corde diligeret Dominicus. Et merito
id quidē. Nā ego quoque hec abs te audiēs in eius amorē incā-
descere incipio Maria. Agnosce etiā hunc (qui de toto cor-
pore eius p̄fluit) sudorē id portendere q̄ a mystico ei⁹ corpore qd̄
est ecclia sanguis fundēdus sit et sanctorū martyria emanatura
Dñs em̄ qui mēbrum fuerit xp̄i p̄secutōem patiat̄ necē est. In
hoc p̄terea sudore nō oculis solū sed et membris oībus fleuisse
videť. vt mysticū corpus ei⁹ totius sui corpis lachrimis pur-
garet̄. Hūc autē sanguineū sudorē adeo copiosum fuisse agno-
uimus vt magno p̄fluuio laberet̄ in terrā. vt terrenū hoīem ca-
lido sanguine cōfoueret. et ad fructū vite mortuū aiaret Do-
minicus. Vultū libēter q̄ dicis excipio. nā amorē redolent et
pietate. Vñū reminiscoz qd̄ mihi bilem mouet et stomachū ve-
hemēter. Cū iisset xps dñs obuiā hostib⁹ suis accessit ad eū ne-
scio q̄s p̄fidus et sub specie pietatis lupus agno mitissimo oscu-
lū dedit: atq̄ hoc pacto prodidit inimicis. Maria. Hoc est
osculū iude neq̄ssimi p̄ditoris q̄ amoris pignore vulnus infli-
xit. et charitatis officio sanguinē fudit. et pacis instrumēto mor-
tem irrogauit: qui tñ ab alto stipite laqueo se suspēdit. Aduer-
te tñ huius osculi virtutē: nō malicia illud imp̄mentis. s; paciē-
tia recipiētis. Hoc em̄ osculū deū tibi iratū recōciliauit. celoz
resoluit. angelos pacificauit. Hoc osculū mundi blādicias in
absinthiū vertit. mūdi odia dulcescere facit. et fraudulēta p̄di-
torū oscula cauere te instruit et odisse. Dominicus. Nō arbi-

Virtus oscu-
li iude.

De misterijs passionis xpi.

trabar has tali osculo inesse virtutes. Hoc itaq; osculo xps fu-
 renti populo denotatus: p̄festim puadit̄ z mult̄ verberib; agi-
 tatus diris vinculis colligat̄ **Maria.** Verore en altero mi-
 hi animum acriter pmouisti. Nō vacat tñ a misterio cur dñs
 maiestatis tanq; latro ligari voluerit z p̄rehēdi. Adā in para-
 diso furtū latrociniūq; p̄misit dum fructū vetitū rapuit z mo-
 mordit. Est em̄ furtum rei aliene inuito possessore attrectatio.
 Huius furti gr̄a oē hoīm genus a diabolo p̄rehēsus; z pctis
 implicatū tenebat. Hūc furē deus vnigenitus meus vt solue-
 ret voluit incōprehēibilis p̄rehēdi: z summa libertas vincul-
 colligari. Hinc tātus hec vincula seq̄tur fructus vt colligatio-
 nes impietatis dissoluant̄. nodi infirmitatū corripiātur. vincu-
 la mortis z inferni p̄iciantur. z qui in tartaro p̄clusi erāt solu-
 tis dolorib; liberētur **Dominicus.** O sancta vincula xpo q̄
 dem amara. sed nobis vere dulcissima. Vos queso funib; me
 charitatis astringite z sensus meos om̄es z intellectū in obse-
 quiū xpi captiuate neq; a fraterna dilectōe me vñq; separari p̄-
 mittite. His igitur vinculis cōstrictus corā anna pōtifice xps
 statuit. z ferzata manu a seruo nequissimo duriter verberatur.
 Dū hec cernerē non potui fateor lacrimas p̄tinere z internū
 animi occultare dolorē. **Maria.** Nōne tūc optabas eū qui
 p̄cussit aut celesti igne consumi. aut terra debūcente sorberi.
 aut correptum a demonio volitari. **Dominicus.** Optabā
 certe: z mille in illum fulmina imp̄cabar **Maria.** Vide nūc
 mi dominice q̄s lōge sis a patientia redēptoris tui. Quam ro-
 go vindictam: que fulmina: que supplicia in p̄cussorem retoz/
 quere nō poterat cui creatura om̄is seruibat. Sed patientiā
 docens te instruxit inimicos nō animaduersione sternendos
 sed paciētia superandos. **Dominic⁹.** Optimū documentū
 et in tanto p̄ncipe mirabile humilitatis exemplū. Ab anna cū
 esset dñs iesus ductus ante cōspectum cayphe p̄sulis: statim il-
 lic falsis testibus impetitur: et in multis nequiter accusatur.

Cur captus z
ligatus xps

Cur xps falsis
testib; accusat̄

Maria. Vide hic dominice saluatoris tui dulcissimam pie-
 tatem. Falsos testes innocens admittit vt veros testes ab ele-
 ctis abigeret. Qui etsi electi sunt: in multis tamen nocentes
 sunt. Quis em̄ gloriabitur castum se habere cor et mundum.

Dialogus

esse a peccato. Accusator itaque fratrum diabolus: etsi ipse in se nequa et mendax sit: habet tamen unde electos coram summo iudice deo in multis accusare veraciter possit. Falsos ergo testes in se summa bonitas admittens hoc suis fidelibus permittit ut in suo iudicio a veris accusatoribus hostium premuniri aut erui possint. Sapit ne tibi quod dico Dominicus. Immo domina mea optime mihi sapit: et cordis palato tuorum penetrat mella verborum. Sed quid rationis est rogo quod ad falsa testimonia penitus nil respondit. Maria. Ea est natura falsi ut silentium agere veritate se sibi citius mentiat. Numquam melius falsum quam suo commento destruit. Preterea Christus exhibens iusticiam siluit indignis exercens misericordiam ne amplius peccaret tacuit malignis: docens patientiam cessit calumniis. Sed vidisti ne mihi dominice quo dicente domino (amodo videbitur filium hominis sedentem a dextris virtutis dei) Cayphas presul intumuerit. blasphemum proclamauerit. et pontificale sibi abruerit vestimentum Dominicus. Vidi fateor: et maliciam funestissimi hominis vehementer obstipui. Virorum tamen quid illa sacre vestis discussio in figura significet Maria. Non vides quia dum sibi Cayphas vestimenta discidit: ipsum quo tegebatur velamentum legis abiecit. Intellige ergo iudeorum sacerdotium pontificum sceleribus cito esse scindendum: et ab statu sue integritatis defatiscendum. Dominicus. Hunc complebitur (nisi fallor) vaticinium Osee prophete. Sedebit inquit populus meus diebus innumeris sine rege. sine sacerdote sine sacrificio. sine ephod. et sine theraphin. Hoc est ephod quod Cayphas scidit: quod refartiri non poterit in eternum. Sed cur Christus laus et gloria eterni patris blasphemus voluerit proclamari: abs te pia mater audire desidero Maria. Ut te purum a blasphemia custodiret. Homo enim peccator voluntate ore atque ope deum et blasphematur et inhonoratur: imitatus adae patrem suum. qui huius sceleris primus rector emicuit. Adam primus diuini nominis blasphemator: Christus vero primus summi patris laudator. Ille corda filiorum maledictis oppleuit. Christus corda atque ora fidelium laudibus infrenauit. Hinc ergo ille mitissimus blasphemus dici dignatus est ut blasphemiam trifariam ab electis excluderet: et eterna benedictione fulciret Dominicus. Suto ob id etiam: ne in eam societatem

Cur tacet Christus

Quid fecerit vestis sacerdotum disruptio

Cur blasphemus Christus voluerit dici

Septimus.

numeremur vbi in inferno impij linguas suas ꝑmanducāt. et deū optimū sine intermissione blasphemant **Maria.** Recte tu q̄dem. **Ex** vero vidisti filiū meū turpibꝫ sputis inq̄nari hanc idcirco iniuriā ptulit vt sputaminibꝫ in suā faciē susceptis aīa / rū nostraz facies laualet ⁊ extegeret. Adā cū precepta ꝑrem nēs vetitū sumpsit q̄si in dei faciē neq̄ter ꝑsputauit. Hinc ille a diabolo vicioꝝ inq̄namētis cū sua sobole ꝑspui meruit. Sꝫ hec sputa ꝑ sputa q̄ ptulit xꝑs miseratoꝝ extersit Hinc cauēdū est xꝑiano ne more iudeoꝝ xꝑi faciē ꝑsputet: dum aīam suā vi cīs polluit: dū dei in se imaginē inficit: dū execrādis dogmati bus veritatē extinguit: dū eucharistie sacramētū inq̄natus at tingit: dum de ꝑceptis dei muneribꝫ grās ingratus nō agit.

Cur christus consputus

Dominicus. Optima informatio tua ⁊ alta mēte collocan da. Sed vidi (q̄d sine lachrimis referre nō possum) post sputa atqꝫ alapas deū et dñm angeloꝝ sordido peplo oculis velari. et multꝫ ludibrijs ⁊ verberibꝫ acriter fatigari **Maria.** Deus singultus me nūc impediūt vt vix q̄ hic sentio valeā enarrare. At nūc huius velatōis accipe rōem. Primus parēs cū diuini tatis scīam appetijt lumē cordis amisit: ⁊ a regione lucis expul sus in hāc tenebrosam miserie vallē cū sua ple descēdit In tan tā deniqꝫ mētis caliginē miserandū genus hoīm spōte ꝑfecit: vt abiecto creatore creaturā coleret: ⁊ oīgenū deū mōstra ne q̄ter adoraret. Totus pene mūdus vna hac erat tenebrarū ca thena cōpeditus: nec sidez limpide flāme illuminare hāc pote rant noctē tenebrosam. Ut igit hanc caliginē deus miseratoꝝ abstergeret ⁊ cecis mentibꝫ lumē veritatis infunderet. oculos suos sup solē clariores velo obscurari ꝑmīsit: q̄s postmodum etiā in morte extingui sustinuit Hinc iaz fili dñice reuelata fa cie gloriā dñi speculamur: in eandē gloriā in lumē a lumie trās formati tanqꝫ a dñi spū **Dominicus** Vere fauus distillans labia tua ⁊ eloquiū tuū dulce Nō immerito (vt cerno) velamē sup corda iudeoꝝ positū est qd nūqꝫ eis auferri poterit donec fide instituti trāsierint ad xꝑm. Cū hec ⁊ multa alia ꝑbra circa filiū tuū o dulcissima agerent: petrus quē comitem mihi adhi buerā ab ancilla interrogatus repēte heu dolor ter dñm dene gavit. In ego ꝑsusus et mee imbecillitatis cōsciū ne in simlē

Cur velatus

Dialogus

errore incidere citius impia protra fugies dereliqui. Petrus vero intimo merore punctus egressus foras fleuit amare Maria. Ego petro collapsio pia mente compatior. Sed hec negatio miserate saluatore tantum valebit ut post petrum nemo unquam fidelium christum in fine negaturus sit. Sed attende queso ubi christum petrus negauit. Illic certe ubi veritas explodit. impetitur. exacerbatur. Non audisti petrum negantem in monte. non in domo. non in templo. sed in insano protra ubi dei iusticia aut venditur aut perphana. Neque in atrio petrus sed egressus foras amare fleuit: ut intelligas eum qui in circuitu est seculari: et qui cum improbis carnalium cupiditatum ignibus se inflammat: cadere quidem ulterius posse. flere autem nullatenus posse. Dominicus Optime nos instituis doctissima mater. Sed quis ille est obsecro infelicissimus quem a longe intueor ab arbore laqueo strangulatum. Maria. Ipse est iudas proditor cui nihil sua cupiditas valuit. Valuit enim se quibus denarios perdere. quia denarios templo: animam diabolo: et corpus laqueo tradidit. Judas itaque celo terreque perosus: dum proditoris culpam emendare non potuit. homicidium proprium facinus adiecit. Imitantur autem illum qui sunt ex parte illius. Quicumque enim dei gratiam aut susceptam fidem voluptatibus aut diuitiis perdit infernali laqueo se suspendit. Dominicus. Intueor hic execrabilem duriciam iudeorum. quam nec confessio peccati: nec restitutio precij: nec neque suspensum potuit emollire. Non puto deum a magno vacare misterio quod precioso sanguinis christi: his scilicet triginta argenteis ager coemittur in sepulturam peregrinorum. Maria. Bene putasti. Ager peccatorum coemptus mundus iste est christi precioso cruore redemptus. In hoc agro vere fideles tanquam aduene et peregrini super terram christo commortui sepeliuntur. et in precioso sanguinis eius tumulati eternam requiem sortiuntur. Benigne enim a lege et prophetis hactenus peregrini preciosa iudeorum studia in salutem suscipient: et in precioso sanguinis christi dulciter requiescent. Dominicus. Donet mihi deus tuo merito dulcissima mater ut in hoc agro tanquam aduena sepultus in christi sanguine obdormiscam. Hinc iam a cayphe domo ad pylati portum christum dominum sum secutus. Quem cum vidissem placido vultu. submisso capite. et depressis oculis coram iudice astare: lacrimas retinere non potui. Maria. Ego quibus dum hec cogito me a fletibus temperare non possum. presertim dum mente concipio tot falsas calumnias. tot

Ubi petrus negauit christum

Cur ager emittitur

Septimus.

cōficta mendacia. tot indignissima pbra. Est tñ vnde nō medi
ocriter gloriemur. si aduertimus deū ac dñm maiestatis idcir
co falsas calūnias ptulisse vt nos in veritate fundaret: 2 a de
monū iproperijs 2 criminatōibz benignus miserator erueret.

Dominicus. Magna dignatio 2 eo dulcissima q̄ gratuita
At nō minoris ē indulgētie q̄ etiā herodi regulo oipotēs rex
regū voluerit pñtari Maria. Flō vtiqz mīoris. idcirco ei nūc
anne. nūc cayphe. nūc regi. nūc p̄sidi iudex oīm dñs cōtēptus
offerit vt tu posses ei tribunalibz fiducius plen⁹ assistere et fa
ciē sedētis sup thronū: quā reprobi oēs horrescēt trāquilla mē
te p̄tueri Dominic⁹. Donet mihi qd̄ dicis pia virgo vnige
nit⁹ tuus vt manū suā lōge faciat a me: 2 formido ei⁹ in illo iu
dicio nō me p̄tereat. S; multū me mouit q̄ cū herodes mul
tis dñm sermonibz discuteret: nō illi verbū ipse rñderit. n̄ri cre
do misert⁹ noluit leuissimo regi p̄ferre rñsum ne h̄ pacto eripe
ret a morte Maria. Et hec q̄dem sui silētij vna causaz ē. Ve
rū magis 2 hic 2 ad alia plurima interrogata silentiū agit: vt i
proba p̄me matr̄ cū serpēte colloq̄a expiaret: 2 sua docta taci
turnitate ipios sermones excluderet. Si em̄ eua colubri vetu
isset effatus: nūq̄s a p̄sido hoste decipetur: nūq̄s a paradisi sedibz
pelleret. Dñicus. Hui⁹ tu docta periculo scā dñā: cū te ga
briel salutaret archāgelus nō añ illi rñsa dedisti q̄s illū verissī
me nosles ab altissimo destinatus Maria. Ita instruimur a
dño vt p̄gnouerim⁹ spūs si ex deo sint: cū nōnunq̄s angel⁹ sa
thane in āgelū luc̄ se trāssormet. Vex tu qd̄ cepisti p̄sequere

Cur iudicibz
xps pñtatus

Dñicus. Cū p̄stolarer ad valuas palacij reditū saluatoris: ec
ce subito foras a mīstris educit̄ vincul⁹ p̄strict⁹ 2 alba veste de
lusus. quē tāq̄s amentē 2 fatuū oēs heu dolor ceperūt explode
re. illudere. subsannare Vidi te q̄s i itinere dñi ei⁹ reditū anxia
expectares deiectā. miserabilē. 2 p̄patiebat̄ tibi aīa mea Ma
ria. Erā reuera tū vltra q̄s credi p̄t mestissima. s; ne nūc qd̄ si
ne lachrimis hui⁹ memoriā habeo. Fuit tñ hoc spectaculū nō
mediocrit̄ fructuosuz. Dñicus. Ita queso hūc mihi fructū
dignāter assigna Maria. Demoraris ne dñice quō p̄mus
parens dei sapiētiam ambiēs appetiuerit. Dominic⁹. De
moroz dñā mater. S; 2 nos q̄q̄ filij adā nescio quo pacto ad
scie arbozē tā libēter accurrimus. patiores sp̄ curiosum aliqd̄

Cur xps siluit

Cur vt fatu⁹
xps voluerit
irrideri.

Dialogus

nosse quod religiosum aliquid operari. **Maria** Quare igitur vos scientiarum appetitores non advertitis quod literarum dei sapientia christus vestris obtutibus presentatur. Quid tamope sapientiam vestram quam aut stulticia est aut certe aialis terrena et diabolica ostentare gestimini: cum is cuius sapientie non est numerus: quique angelos imbuit disciplina stultus videri voluerit et ignarus. **Dominicus**. Ue nobis quod spiritus grandes sumus in oculis nostris et iuxta ysaiam coram nobis mentis sapientes. Habemus tamen gratias optio redemptori quod idcirco tanquam amens atque ignavus contenti voluit et huiusmodi ludibrio ut filiorum ad superbiam inclinaret et humilitatis exempla nobis tribueret. **Uex** cum ad pylatum dominus iesus reductus esset: vxor pylati nescio quo mota spiritu rogat maritum ne iuxta iudeorum vota christum occidat: asserens se propter illum in visu multa fuisse pessima. **Maria**. En eua scda nouo homini christo preparata. Illa genus humanum in mortem deiecit: ista simili acta spiritu ne redimat homo impedire curauit. Illa nouit percutere: ista medicum studuit amouere. **Dominicus**. Putaueram hanc feminam motam pietate fuisse. **Maria**. Imo vero pessimo demonio agitata. Hostis enim antiqui animaduertens animas captiuas citius liberandas: necem quam paulo ante christo parauerat: per hanc feminam auertere nunc satagebat. **Uex** pylatus (deo aliquid pro nobis melius prouidete) vxoris precamina audire contempsit. **Dominicus** Donet mihi merita tua sanctissima mater ne sensualitas vxor mea me impediatur. carnem meam cum vicij et concupiscentijs crucigere et proximorum necessitatibus condolere. At nunc plenum est lachrimis quod subijcio. **Maria**. Quodnam illud. **Dominicus**. Pylatus cupiens dimittere christum: sediciosum et homicidam barrabam eis obiecit. ut huiusmodi odio (cum latro esset) innocentem dominum liberum relaxaret. Verum illi impudentissimi canes contempto principe angelorum latronem pessimum elegerunt. **Maria**. Flenda nimis freneticorum insania. Latet tamen in hoc opere dulce satis et suaue misterium. Prothoplastus noster (cuius sepe iam memini) vetita gustado deum nequam reiecit: et pessimo credidit deceptorum. huic adhesit. huic quoque famulatus est. Hinc iam omnis eius posteritas hoc huiusmodi vicij ut precepto summo bono caducis rebus atque inanibus delectetur. Nemo est qui preciosum separet a vili. qui lumen a tenebris. qui virtutem a vicij. **Deus** itaque circa electio

Nota euan
alteram.

Cur christo bar
rabas peligit.

Septimus.

nem plerūq; falluntur: cū mors z vita in electione p̄sistat. Si
 bñ elegeris vita viues: si male penas dabis inexpiabiles. Fle
 ergo in electōe xp̄ianus se falleret: xp̄s latronē eligi z se p̄tem/
 ni pmisit. vt huius merito nobis ea gr̄a p̄ferret qua possemus
 q̄ ipse diligit libēter eligere z q̄ phibet asp̄nari **Dominicus.**
Magna optimi dei nr̄i clemētia. Sed ve pfidis iudeis q̄ nūc
 p̄ messya latronē: z pro xp̄o antixp̄m recipiūt. **Maria.** Tu
 q̄z fili dñice caue ne iudeos q̄s arguis imiteris **Dominicus**
Quo pacto dñā Maria. Quecūq; em̄ aīa scelerib; assentit
 xp̄m sibi vincit z barrabā soluit. que vero sectat iusticiaz xp̄m
 solutū habet: barzabā cōpeditū. Et quēadmodū iudei post ele
 ctū homicidā latrocinijs z seditōibus sunt subuersi: sic ea cō/
 tēptibilis aīa q̄ in se barzabā soluit diabolic; latrocinijs exter/
 minat. Verū tu qd̄ deinceps de xp̄o vidisti ediffere **Domi
 nicus.** Cū pylatus cerneret latronē xp̄o p̄ferri iussit eū a mi
 litib; in atriuū pretorij introduci. Ego paulo post immixt; tur
 bis atriuū ingressus vidi (heu dolor) regē glorie virgenitū tuū
 vestib; spoliari. vinculis ad stipitē cōstringi. z toto corpe acri/
 ter flagellari: adeo vt instar gurgitū sacer ei; cruoz efflueret su
 p̄ terrā. Sed tu q̄so dulcissima parēs rep̄ssis parūper singulti
 b;: cur hanc grauē in se animaduersionē deus ptulerit effare.

Maria Demorare fili illi; miseri q̄ ab iherlm̄ descēdens in
 hiericho icidit in latrones. qui ab eis dispoliat; vulnerib; cō
 fossus. z semiuu; derelict; est. Ip̄e est adā cū sobole sua Por
 ro filius dei xp̄s dñs calamitati ei; cōpatiēns su; vestib; spo
 liari voluit vt hūc nudū innocētie indumento vestiret. vincul
 cōstringi vt p̄peditū absolueret. plagis vulnerari vt hunc sau
 ciū reformaret. z sanguinē fundere vt semianimē ad vitaz gr̄e
 aiaret. Sicuti em̄ vita oīs animātis in sanguine est: ita et vita
 iusti in sanguine xp̄i est. Quē idcirco munificus miserator fun
 dit a corpe: vt tu illum ore biberes z corde deuotus haurires

*Cur flagella
 tus christus*

Dñicus. Magnā charitatis flammā v̄ba euaporāt que tu
 loq̄ris: z in amorē me optimi redēptoris inflāmāt q̄ sic vulne
 ratus est p̄pter delicta mea z p̄pter scelera mea vehemēter at
 tritus. Sz patere obsecro vt qd̄ deinceps in filiū tuū fieri vi
 derim edifferrā **Maria** Violētus mihi es fili dñice q̄ ad quā

D. i.

Dialogus Septimus

libet narratōem tuā merore me afficis et dolore. Neq; em̄ sine cordis vulnerib; vnigeniti mei plagas recēseo. dic tū quid vidisti **Dominicus.** Cū flagris rex angeloz cēt vndiq; discerp̄tus rapt⁹ est a militib; in p̄torū. Ego post horā clam locum ip̄m ingressus: vidi heus dñā meā vnigenitū tuū vilissima purpura vestitū. spineo ser̄to coronatū. arūdine q̄si p̄ sceptro derisum. sanguie resp̄sum. et turpib; sputis p̄taminatū. Exhibebatur ei ab ip̄ijs q̄si honor regius. s; in spinis et p̄berib; dolor verus **Maria.** En rep̄mo defluētes lachrimas vt tibi q̄d ista significēt manifestē. Vex vt paulo altius repetā: vestitib; xp̄s spoliat⁹ est vt tibi veterē hoīem exueret et nuditatē tuā virtutū vestib; adornaret. Flagellat⁹ est vt q̄ merueras eterna flagella deleret. Sanguine; fudit vt te roseo suo cruore balnearet. Spinis est coronat⁹ vt q̄ te pūgūt tēptamina mitigaret et gloriā atq; honore p̄spiciū redderet. Vili purpura amict⁹ est vt stola te imortalitatis indueret. Falso adoratus ē vt te etern⁹ genitor honoraret. Cōsputus est vt faciē tue mētis ablueret. Arūdine ē vacua irūsus vt tibi solida et eterna scepra donaret. In capite cesus. vt caput aīe tue integz custodiret **Dñicus.** Quā dulcia faucib; meis eloq̄a tua. iā totus in ei⁹ inflāmor amorem: q̄ tam indigna p̄ me sustinuit et me suis lāguorib; repauit **Adiuerto** tū hoc spectaculo hūani generis ambitōem vehementissime retūdi. Flos miseri coronaz et cydarū nr̄is capitib; imp̄camur. xp̄s spineo ser̄to trāspungit. Flos auro sericisq; libeter inuolūmur. xp̄s vili purpura circūtegit. Flos honorib; et sceptris delectamur: xp̄s inani arundine deridet. Flos laudes hoīm p̄cupiscimus: xp̄s in facie p̄spuat. Flos cū honore delicias q̄rimus: xp̄s et exhonora et plagis afficit. S; ve nob̄ si in hac vanitate p̄sistimus: et ad tāte humilitatis exēplū impiam supbia; nō abdicam⁹ **Maria.** Optime tu q̄dem fili dñi ce **Flūq;** em̄ poterit hō ad xp̄i gloriā p̄formari nisi p̄us ad cordis eius humilitatē se p̄formet. se modifcet. S; ad reliq; p̄peremus **Dominic⁹.** Tu ip̄a vidisti mitissima p̄go quō hic sacer vnicus tuus sic coronat⁹. sic cruētatus. sic viliter vestibus vniverso pp̄lo a p̄side in derisum ostēsus sit. Quō q̄z explosus sit et reprobatus et clamorib; ad mortem turpissimam req̄situs

Cur spinis coronatus xp̄s

De misterijs passionis xpi

Maria. Vidi hec fili z stabui: z pre nimio dolore tota dirigi. Veru tu huius pntationis agnosce misteriu Logita qso in illo tremedo iudicio cu qnto rubore ac formidine reprobi oes summis xpi tribunalibz pntabunt. At ergo electos suos dulcissim9 miserator ab ista pfusione et tremore pzi peret dignat9 est pteptibiliter pntari. pfundi. despici. reprobari **D**nicus. O benignissimu redemptore z omi amore atq; honore dignissimu **M**aria. At nuc aperi paululu oculos tuos z vide qz cofusibilr dei filius hic pntatur a pside: z cu qnta maiestate pntabit a deo pre. Hic stat spinis trassossus: in illo examie videbit gla z honore coronatus. Hic stat vili veste ptectus: illic multa erit luce circudatus. Hic stat plagis obsit9. liuidus cruore respersus: illic sedebit spicuos. luminosus. z multa maiestate choruscus. Hic ab oibz ptemnit. exhibilat. despuit: illic eu angelice ptates z oes celoz stutes reuerent. honorabunt z obsequetur **D**nicus. Quid nuc rogo pylatus. qd herodes. qd cayphas. qd ceteri eius nuc hostes dicturi st **M**aria. Istocerte. Ecce h est que aliquh habuim9 in derisum z in similitudine improperij: cui9 ta inglorius aspect9 apparuit: cui9 nos isensati vita estimabam9 insania: que nos pupugim9 z iniusto iudicio pdenauimus. Quo nuc sublimis apparet minax z vere terribil: cui9 nuc maiestatis potetia miseri sentiem9: que in huilitate positu ta irreuereter aspnati sum9 **D**nicus Tuis meritis hera dulcissima ne in illo iudicio puoz collegio qd sinistru latus associer obnixte te depecor **M**aria. Fiet qd exoptasti. sed ia pgrediamur vlteri9 **D**nicus Tu interfuisti qn pylat9 clamoribz vict9 iudeoz deu iudice vniuersoz suis iussit tribunalibz assistere: in que dire mortis sniaz fulminavit z ad cruci suppliciu iniustissime pdenauit. Et ita egressus est a facie presidis dñs maiestatis portas sup se sniam acerbissime et turpissime necis **M**aria. Deus o dnice tu rursuz pmoues ad plactu oia viscera mea. Est tn vn no mediocriter in hac snia soler9 De morare quo pmi paretes cu dei iussa ptepsissent amara se mortis snia pcussi. repete vtq; audiuit: terra es z i terra ibis Terra qz q spinosuz hoiez erat susceptura spinas tribulosq; pduxit et ena cu dano pudor9 filios unesis doloribz gnauit At p9 qz dei

Cur xps in derisus sit oisus

Cur christus sententiatus

Dialogus

filius multa fretus miseratōe mortis sup se sentētiā accepit. adā cū sua sobole ad vitā redijt. z illi nature cui dictū est: terra es z in terram ibis nūc dicit: sede a dextris meis. Nūc spinis euulsis terra cordis nrī fructū germinat salutarē. Nūc quoqz mater ecclia nō in dolore sed in gaudio filios parit quos pturiuit Dominicus. Cōsolatus sum plane hoc tuo sermone et spem maximā ꝑcipio eterne mortis sniam me euasurū qm iudex meus eā sup se innocēs accepit: z sua iniusta ꝑdemnatiōe meā iustissimā expiauerit. Sed nūc ad crucis suppliciū veniamus. Accepta igit hac snia oīpotens z celsissim⁹ deus fili⁹ tuus crucē in suis humeris accepit: z suā ipsius portās ignominiā ad locū supplicij in medio latronū flens z ingemiscēs hūilis ꝑperauit: impijs illū ꝑpellētibus. iridētibus. verberantibus. **Maria.** Tristissimū nūc spectaculū obiecisti z mille lachrimis ꝑquendū. Huic ego tūc mesta iterfui corde anxia aīo destituta. Sz intuerere rogo quō benignissim⁹ pastor ꝑ suo grege se ꝑgit imolare. Aberauerat em̄ ouis illa cētesima z vetita gustādo perierat. Que ergo in ligno mortē accepit: ꝑ crucis lignū eā su⁹ cōditoꝝ req̄siuit. quesitā repperit. repertā in suis humeris clemēs imposuit: z ad pascua eterne viriditatē introduxit. **Dñicus.** Amore redolet qđ dicitis. **Maria.** Terne ergo vez helizeum ligno crucis ferz securis requirentē qđ immersum fuerat in ꝑfundis aquarū. Hoc lignū cū aquas passionū in xpo attigit: duro generi hūano qđ a ligno vetito in infernum ceciderat ꝑ crucis lignū & aque baptismū sursum ad paradisi gaudia vn̄ corruerat adnatauit. Portat itaqz dñs iesus crucē suā q̄si rex suū sceptrū. Portat crucē vt victoꝝ tropheū qua ꝑncipes deuicerit tenebrarū. Portat vt doctoꝝ cādelabrū in q̄ ponēdum erat sue doctrine luminariū. Portat z clauē vt summ⁹ sacerdos sup humerū vt ingrediat in sancta sanctorū. **Dñicus.** Alta mihi bui⁹ spectaculi misteria oppādisti doctissima parēs: q̄ sicut intellectū illumināt: ita etiā inflāmant affectū. Puto etiā dulcē habere rōnem qđ symon syreneus hō gentilis crucē baiulat post saluatoꝝ. **Maria.** In hoc facto significat qđ repulsa synagoga ecclia de gentibus ab ip̄is humeris xpi crucē fuerat susceptura z in cruce vsqz in finē seculi ꝑmansura. **Uez** quia sy

Cur xps ligni
crucis baiulat

Cur symō cru
cem portat

Septimus.

non obediēs interpretat̄. Hi reuera crucē cū dño baiulant qui in ara obediētie quotidie se mactant. Sed miraris forsan cur dñs xps foras ciuitatē, foras muros mori delegerit. **Domini** *Cur extra ciuitate xps morit̄*

nicus. Ideo vt arbitror vt ostēdat virtutem sue passiōis infra terminos iudaice gētis includendā nō esse. Nō em̄ debet magn⁹ redēptor puo p̄cio stare p̄tent⁹. ⁊ ideo sicut copiosa: ita ⁊ publica debuit fieri redēptio. Ad dextrā em̄ ⁊ ad leuā penetrauit. et semē eius (vt ait ppheta) gētes hereditabit. **Maria.** Bñ id arbitrat⁹ es. Tu q̄ si fructū volueris p̄seq̄ passiōis: egredere extra castra. mūdū p̄ affectū desere et sic porta improperiū ei⁹

Dñicus. Iuste me adhortaris diua parēs. sed auxiliare obsecro imbecillitatē meā. Vex nunc ipm oim dolor articulum attingam⁹. **Maria.** Quē tu illū dicitur⁹ es. **Dñicus.** Ego hunc existimo maximū illi fuisse dolorē cum nud⁹ sup crucem rex glorie p̄iectus. mēbris omnib⁹ extēsus est: ⁊ clauoz aculeis manib⁹ pedibusq; trāsfixus. **Maria.** Fateor vex esse qd̄ dicis. Nam in retro supplicijs nihil tale hactenus p̄pessus est. Ego quoq; dū hui⁹ tormēti remiscoz: nō me capio p̄re dolore. **Malleoz em̄ ⁊ clauoz stridor mea nimis viscera sauciarunt.**

Sed habes hic integrā toti⁹ veteris hoīs medicinā. **Domini** *Cur xps i cruce clauatus*

nicus. Quē tu veterē hoīem appellas. **Maria.** Adā ⁊ suam progeniē. Legisti ne apud ysaiā. om̄e caput languidū ⁊ omne cor merēs. A planta pedis vsq; ad verticē nō est in eo sanitas. Nō hoc certe de nouo sed de veteri adā debes accipe. Nūc ergo egrotū me⁹ filius vt sanaret totū se aquis passionis imersit. **Accepit em̄ vuln⁹ in capite vt intentōem (que aīe caput est) in adā sanaret.** In manib⁹ vulnerat⁹ est vt malas ⁊ remissas purget opatōes. **Pedes quoq; clavis obiecit vt terrenas ⁊ sordidas in homine sanet affectōes.** **Lor quoq; lācea postmodū est transfixū vt noxias vanasq; abigat cogitatōes.** **Toto deniq; corpe extēsus ⁊ afflictus est vt totū corp⁹ nostz: hoc est vita ⁊ p̄uersatio n̄ra sancta ⁊ lucida sit nullaz habēs tenebrarū p̄tem.** **Oculi eius tenebrescūt in morte vt auerterent̄ oculi n̄ri ne respiciāt vanitatē.** **Aures ei⁹ mult⁹ ⁊ plenē opprobrijs ne aures n̄re ad pauperū clamorē obsurdescāt.** **Sic clemētissim⁹ medicus vt morbidum nimis hoīem sanaret: egritudinē eius in se**

Dialogus Septimus

trāssumpfit. vt dū ipse vulneraret in corpore: hō lāgūidus sana-
ret in mēte. z inde aīaretur ad vitā vñ vite dñs in mortē spōta
neā cōmigraret **Dominic⁹.** Verba q̄ tu loq̄ris o feruētissi-
ma lāpades st̄: lāpades ignis atq̄ flammaz. Vere bñplacitū
est dño in pp̄lo suo. Habem⁹ em̄ illū pontificē q̄ possit nō so-
lū p̄pati infirmitatib⁹ nr̄is. s; etiā velit eas in se trāsserze. expia-
re. mederi. Sed nunc ad erectū in cruce dñm oculos subleue-
mus **Quid sibi vult rogo deuotissima p̄go: q̄ deus infinite ma-
iestatis quē ptātes z dñationes p̄remiscūt in medio duoz la-
tronū delegerit crucifigi** **Maria.** An ignoras qz p̄mi parē-
tes nr̄i pepigerāt fedus cū morte z pactū cū inferno subierant
Vidētes em̄ furē curzebant cū eo. Hinc ysaias z illoz inobe-
dientia z p̄fidia notās: p̄ncipes inq̄t tui inobediētes socij suz
Hanc ḡ impiā societate vt xp̄s diuelleret z socios nos faceret
angeloz voluit vt latro p̄prehēdi. p̄ latrone barzaba reproba-
ri. z inter latrones crucifigi **Dominic⁹.** O amabile inclinā-
tōem: q̄ potēti bñilitate antiq̄ hostis supbiam xp̄s p̄fundit Il-
le conabat in celū p̄scendere. xp̄s dignat⁹ est in cruce p̄edere.
Ille esse voluit dñs angeloz: xp̄s factus ē socius latronū Ille
nitebat esse sicut altissimus: xp̄s vt viroz nouissim⁹ voluit esti-
mari. Ac p̄inde vere dignissimus vt in noīe iesu oē genu flecta-
tur celestū. terrestriū. z infernoz. **Maria.** Fideli oculo ista
p̄tueris fili dñice: z bñ tibi sapit bñilitas dei tui. Vidisti ei⁹ p̄-
fundissimā humilitatē. p̄teplare nunc dulcissimā bonitatē q̄ p̄
suis inimicis cū lachrimis dep̄caī **Dñicus.** Eya z nūc flēs
recolo quō p̄rixus. extēsus. dissipat⁹ p̄ ip̄is patrē exorauerit di-
cēs. Pat̄ ignosce illis nō em̄ sciūt qd faciūt. **Maria.** Hinc
satis aduertis q̄ benigna z vere dulcis illa aīa fuerit q̄ tantis
amaricata dolorib⁹ a pietat̄ officio nō se potuerit p̄tinere. Il-
li furijs pleni clauos acriter infigūt: xp̄s cū lachrimis ip̄is ve-
niā dep̄caī. Illi sacrilegū caput añ crucē exagitāt: xp̄s eis suū
reuerēter inclināt. Illi letis vultib⁹ suas penas aspiciunt: xp̄s
tristissimo vultu illoz isanij⁹ miseret. Illi subsannātes irridēt
xp̄s sup̄ eos vbertim illachrimat. Illi iter latrones appēsuz vt
scelestissimū aspnanē: xp̄s eos q̄si insontes p̄ri excusare conat̄
Dominicus. O aīam vere dulcissimā q̄ in tāta hoīm isania

Cur inf latro-
nes crucifixus

Orat pro suis
inimicis.

De misterijs passionis xpi.

tā benignā indulgentiā exhibuit: et p nris psecutorib; exorare nos docuit. S; vidi dñā qđ tu qđ ipsa vidisti vultū pēdentis fuisse tristissimū *Maria. Hec mestitudo vultus de animi mero re descēdit. Dulce nāq; illi tristicie rōes Ego cruci ei; geme būda et mesta vehement' assistēs doloꝝ suoꝝ ps magna fui. magis em̄ meas q̄ suas āgustias dulcis fili; deplorabat. Vidēs ḡ mei cordis amaritudinē: videns qđ saluādoꝝ paucitatē: et de tātis bñficijs impioꝝ hoīm ingititudinē tactus dolore cordis intrisecus mestitudinē mētis vultu exteri; demōstrabat. Uex huius tristicie grā exhilarant' in oleo vultus nri. et caput nrm inūginus: et faciē nrām aq̄ sapie salutaris diluim'. Hec tristicia eternā a nob mestitudinē excludit: et ad gaudia māsura in/ tromittit. Dñicus. Ecce audiri exultās hui; abs te tristicie rōem. Uex qđ cause est obsecro qđ in qnq; corpis sui sensib; tā acrit' voluerit pturbari. Aures em̄ eius hauriebāt opprobria oculi ludibria. nares feda sputamina. gust' acerba pocula. ta/ ctus spinaz et clauoz acumiā. *Maria. Laudo te qđ dei tui p te patiētis tā exacte supplicia nūerasti. Et nūc h' turbatōis ac cipe rōem. Nisi em̄ in suis sensib; dñs turbare: nūq; posses tu os ad trāquillā reducere pacē. Nūc nō cessat abs te van' pu rritus aurium. cupiscētia oculoꝝ. illicitoꝝ tactuū delectatio. ci boꝝ odoramētoꝝq; voluptas. Castificatis itaq; sub disciplia sensib; tuis h' magnū hēbis in p̄mio vt in illo regno supno de' tuo sit lumē visui. balsamū olfactui. rosa tactui. cythara audi/ tui. et mel gustui. Dñicus. Optie me afficis benigna mī. sed qđ rōnis p̄tinet illa sui corpis vndiq; scā disruptio. Pēdebat em̄ scissus vulnere sup vuln' saucius. dissipat'. rubricatus. *Maria. Et tu ḡ dñice nota (vt facis) h' rubrū reclamatoriuū. Hnt em̄ aucupes em̄ morē vt cū aues venaticas ad manū cu/ piūt reuocare rubz eis et cruore respsum reclamatoriuū a longe demōstrēt. Aues itaq; escā arbitrātes ad nutū se reuocātis ad uolitāt. Peccāte p̄mo parēte totū gen' hūanū de manu auola uerat p̄ditoris. S; vt posset hō vagabūdus et erratic' reuoca ri: de' vnigenit' me' sanguie p̄persuz i cruce reclamatoriuū ex hibuit qđ auolātes aias ad se reuocauit. Dñdit em̄ cordiū vul/ nera cito posse sanari qđ p medēdis vulnerib; sic vulnerat' fuit***

Cur vult' xpi
mestissimus.

Cur cū turba
et pēdit sensu
sibus.

Cur cū trāsuer
berato corpe.

Dialogus

Dominic⁹. Ita est plane sicut tu asseris. Libēter em̄ nos morbidī vulneratū amplectimur saluatorē vt aīa n̄ra refartia tur ⁊ sanitas pm̄asura donec. Sed q̄d sibi vult rogo copiosissim⁹ ille sacri sanguinis effluxus q̄ de manuū pedūq; vulneri bus tāta vbertate descēdit. Maria. Legisti ne quō moyses vasa sanctuarij sanguine resp̄xit: q; in lege pene oīa in sanguine mūdant̄ ⁊ sine sanguinis effusione nō fit remissio. Sūmus quoq; sacerdos semel in anno cū sanguine introibat in sancta scōz. Hec oīa si volueris mysticā rōne discutere / facile repies cur ppiciator geuer; humani sanguinē suum voluerit in cruce diffundere. Hic sanguis antiquā p̄ris irā mitigauit. angelos ad pacē reduxit. celos aperuit. tartara vacuauit. diabolū p̄fregit. ⁊ totū mūdi peccata deleuit. Dominic⁹. En iam licz nobis haurire aq̄s in gaudio d̄ fontib; vulnez saluatoris q̄ nō in sanguine alieno s; p̄ pprium sanguinē introiuit sel' in scā: vasa sanctuarij clemēter asp̄gens: suo videlicz sanguine electozū animas repurgās. Hiaduerti p̄terea q; in cruce pendens vnicus tu⁹ brachia sua nimis indulgēt expandit. Maria. Bñ aduertisti. s; recole q̄so quō olim adā inobediēs fugerit p̄cul a facie dñi irā veritus ⁊ vindictā. Ecce nūc dulcissimus miserator brachia expandit cupid⁹ fugientē recipe. susceptū complecti. p̄plexum deosculari. Quātūnis magnus pctōz quis fuerit p̄sideret pietatē brachia expādētis audiatq; vocē post tergū mouētis. Venite ad me oēs qui laboratis ⁊ onerati estis ⁊ ego reficiā vos. Dominic⁹. Suauē spirāt amorem ꝑba que dicis misericōdie mater. sed ⁊ puto eandē significare clementiā q; man⁹ pedesq; sinit spiculis trāssigi. vt ostēdat scz nolle se redeuntem peccatorem aut manib; ferire: aut pedib; repellere. Maria. Bñ id existimasti. Scito tñ culpam nunc manuū deleri q̄s ad poma noxia adā prim⁹ extendit. Ille em̄ digitos expādīt ad lignū vetitū. xp̄s vero ad crucis suppliciū. vt noxiā vsurpationē innocēs pena puelleret. Pedes ꝑo ade ⁊ sue sobolis presto erāt ad cursum mali opis quos dñs fecit in viā cōsistere mādatoz dñi suos pedes patibulo affixit vt iam clamare possit: pes me⁹ stetit in directo. Dominicus. Hinc plane nūc colligo ꝑgo maria quō vetus hō noster cū xp̄o crucifix⁹ sit vt destrua

Cur cū sanguinis vulnerib;

Cur cū expansis brachijs

Cur cū p̄fixis manibus

De misterijs passionis xpi

tur corpus peccati vt ultra nō seruiamus pctō. Hinc etiā coligo quō triturat⁹ sit moab in cruce sub dño sicut terunē palee in plaustro: z extendit manus suas sicut extēdit natās ad natādum. scz in modū crucis. Manus em̄ diaboli sub xpi manib⁹ sunt p̄fixe. qz p̄ crucis mortē oīs ei nocēdi ptās sublata est. Ex poliauit q̄ppe vnigenitus tuus p̄ncipatus. et ptātes traduxit libere: palam triūphans illos in ligno crucis. **Maria.** P̄u dēter hoc tu misteriū cōcepisti. **Q**x aut̄ vidisti eū in cruce toto corpe longe lateq; distentū ideo id fieri benignus redēptor sustinuit vt tu posses cōprehēdere cū oībus sanctis q̄ sit longitudo. latitudo. sublimitas. z pfundū. **U**t sit lōganimis in aduersis. latus in opib⁹ charitatis. sublimis in spe eternitatis. unius in timore humilitat⁹: cū nesciat hō vtz amore an odio dignus sit. **D**ominicus. **I**ntelligo misteriū. **L**upio tamē pfundius nosse quid illa venaz oīm acerbā distēsiō velit exp̄mere. **N**āz sicuti in cythara nerui: ita z in cruce saluatoris vene p̄tense st⁹.

Cur cū exten / sis venis.

Maria. Placet qd̄ de cythara subinfers exemplū. **N**ā z cythara dauid q̄ demoniū a saule pellebat dñice crucis typū exp̄mit. **F**erui in cythara distēti suaue resonāt: ita z dñs dulcē in cruce cecinit melodiā. **I**n hac cythara crucis sunt ligna duo. tres clauī. z vene corpis locū obtinēt cordarū. **P**lectrū vero lingua xpi est. quo septem notulas interiori capiēdas auditū deprōpsit. **E**cce habes mi dñice cythare exemplum qd̄ dedisti

Dominicus. habeo fateor. **S**ed septē illas notulas q̄so vt audiam. **M**aria **N**otula p̄ma fuit magne pietatis qm̄ me de solatā virgini iohāni cōmēdauit dicēs. **M**ulier ecce filius tuus. **S**ecūda fuit mire charitatis: qm̄ in ip̄o oīm penarū feruore p̄ suis depcatus ē inimicis. pater inq̄ens ignosce illis. **T**ertia notula est misericōdie. hodie mecum eris in paradyso. **Q**uarta cōpassionis dum corruptā in p̄mis parentib⁹ humanā naturā deplorat dicens. **D**eus meus vt quid dereliquisti me. **Q**uorum em̄ assumpsit naturam horum plangit z miseriam. **Q**uinta fuit notula desiderij quod expressit dicēs. **S**itio: salutes scz animarū. **S**exta humilitatis z cōfidentie dicens **P**ater in manus tuas cōmendo spiritū meum: omnē honorē patri tribuēs nō defectum virtutis: sed cōfidentiam insinuat eiusdem se esse

R i

Dialogus Septimus

cum patre potestatis. Septima est notula perseverantie: ubi ait. consummatum est. ut et nos opa iusticie usque in finem consummantes mortem in cruce cum domino sortiamur. At nunc fili dominice quotiens te apprehendit humana temptatio hanc cum dauid cytharam tange. et demonium abs te citius effugabis. Dominicus. Probe admones christifera virgo. nam et hoc ipsum ysaias pollicetur dicens. In tympanis et in cytharis et bellis precipuis expugnabunt eum. Sed quid est obsecro quod dominus iesus rauca et miserabili voce in cruce pendens exclamavit. Maria. Adam olim tertius ad vocem dei in paradiso deambulantis ad auram post meridiem conscius sue nequicie fugit et abscondit se et sub ficulnee folijs latitavit. Hunc ergo pavidum ad veniam cupiens dominus anime re voce lachrymabili ad ruinam miseriaque deplangit dicens. deus meus quare dereliquisti me. Hanc vocem transgressor obaudiens de latebris exit conscientie et ad spem indulgentie reflexcit. Atque ideo etiam hec vox alta et valida fuit: ut internam cordis surditatem disruperet: et almi spiritus insufflationem admitteret homo olim ad divina surdus et insensibilis. Dominicus. Dulcos (heu dolor) etiam post hunc clamorem surdos aspicio: quia veritate quidem auditum auertunt: ad fabulas autem convertuntur. Sed hos dimittamus. tu mihi presta benigna parces ut audiam ego quid loquatur in me dominus deus. At nunc non sine fletu meminisse possum lachrymarum dei mei in cruce plorantis. Nam tu quoque gemens vidisti exudantiam fletuum suorum: cum tanquam ex duobus fontibus ita ab eius oculis lachryme psilirent. Maria. He lachryme filii me sepe in fletus maximos concitarunt. Plorans enim ploravit in nocte: in seculis iudeorum cecitate: et lachryme eius in maxillis eius. Verum hic etiam animaduerte benignissimam propiciatoris tui clementiam. Spinis spiculisque transfossus. et mille vallatus angustijs nihil horum memor: vestras potius clades vestras illachrymatur angustias. Nam filij adam a paradisi sedibus extrusi: et in hac miserie vallem proiecti: multis quotidie replentur et vicijis et miserijs. ac tandem (quod omnium gravissimum est) hinc expulsi per mortem eternis incendijs immerguntur. At dominus ie-

Cur cum rauca
et lachrymabili
voce

Cur cum lachry-
mosis oculis

101

De misterijs passionis xpi

ius filius meus misertus sup magnitudine mali: in hanc val-
lem miserie vltro descēdit. et hominis miseras in se recipiens
sanguine ⁊ lachrimis expiauit. He lachrime igneas malarum
cupiditatum cathenas effringunt. he lachrime lapidea corda
pmolluunt. he lachrime eternas ambustiones extinguit: ⁊ re-
frigeria mansura conficiunt. **Dominicus.** Vere in indul-
gentia sua (vt concinit ysaias) redemit nos legis noster ⁊ rex
noster: ⁊ leuauit nos cunctis diebus seculi. Sed ve nobis fi-
lijs adam: qui hic ridemus ⁊ ludimus: ⁊ illudimus lachrimas
dei nostri. Ipse nostras calamitates illachrimatur. ⁊ nos mo-
re amentium freneticorum sanos nos arbitramur: cum sumus
miseri et miserabiles. ceci. languidi. vlcerosi. **Maria.** Com-
prime parump dominice zelum tuum. et si quid aliud in cruce
vidisti quod te permouet ediffere. **Dominicus.** Mouit me
fateor facies illa pendētis. pallida. exanguis. macilēta. **Ma**
ria. Et me quoq; non mediocriter mouit. Vehementem ta-
men hic palloꝝ amorem exprimit redimentis. **Palleat** omnis
amans (ait ethnicus quidam) color est hic aptus amanti. Et
quoniam sponsus sponsam suam (ecclesiam loquor) vnice ad-
amabat: hunc amorem ostendere voluit pallore vultus exesa
q; macie. **Dominicus.** Decet etiam hic palloꝝ omnem ve-
re deum amantem christianum: quem efficit et ciborum parci-
tas: et studij disciplina celestis. Verum his lachrimis. his pal-
loribus miserator noster iesus christus suspiria iunxit. gemitus
et singultus. qui de illius dulcissimo diuino pectore erumpe-
bant. Tu mihi rogo christifera virgo horum genuituz astrue
rationem. **Maria.** En et ipa nunc quoq; lachrimas retine
re non possum. **Foueris** tamen eandem esse rationem gemitu-
tuum que et lachrimarum Tu nosti dicente ysaia q; deus po-
suerit in eo iniquitates omnium nostrorum. Has itaq; super
se recipiens contritione permaxima suspirijsq; et lachrimis pe-
nitus expiauit. Non enim suffecit optimo propiciatori mun-
di peccata solis corporis tormentis ⁊ preciosi sanguinis effu-
sione delere: nisi etiam cordis dolores amarissimos pro eis be-
nigne assumeret et infinita contritionis amaritudine se macta-
ret. Jam aduertis (ni falloꝝ) que sit hoz singultuū propinqua

Cur cum facie
pallida

Cur est multus
gemitibus.

Dialogus Septimus

ratio. Tam ingēs em̄ z pfunda fuit cordis eius cōpunctio vt nō nisi ingemiscere potuerit z lachrimari. **Dñicus.** O viscera nūc dei nostri qui p sua creatura ingemiscit z dolet: malitq; peccata nostra cū sua amaritudine expiare q̄s iuste punire. **Sz** quid rogo cause est q̄ se sitire tā anxie pclamauerit. **Maria.** Sitis ista cupiditatum tuarum sitim extinguit: vt in reliquis sitiat anima tua ad deū fontem viuum. q̄s pdite adam situerit dei sapiētiam ambiēs z maiestatem tu ex genesi satis id nosti. **Inde etiā** ade soboles secū hanc sitim quasi funiculum trahēs in modicis semp illecebris exestuat. Hanc ergo sitim christus vt extingueret z mellifluos phennis dulcedinis fontes aperiret sitire voluit: z amaro fellis poculo fatigari. **Dominic⁹.** Hunc satis intelligo hac siti atq; hoc felle p̄ me matris vsurpata quinia: z dirā pomoz esuriem expiari. **Maria.** Bene intelligis. atq; ideo etiā cum vnigenitus meus hunc potū summis labijs attigisset dixit: cōsummatū est. ostēdens ingluuiei culpam acerbō felle terminatā. **Dominic⁹.** Hoc poculū cū accepisset dñs (vt ostēderet se oīa p̄summasse) inclinato capite tradidit sp̄m. **Rogo** nūc te intemerata genitrix: edissere mibi hui⁹ inclinatiois z mortis sacramētū. **Maria.** Qd̄ requiris dñice in p̄mptu est. **Ista** hūilis diuini capitis inclinatio hūani generis male erectā supbiam dep̄mit z deflectit. **Ambulabāt** em̄ filij adā p̄tra deū erecto collo: z pingui ceruice se armabāt. **Sed** misericors atq; hūilis xp̄s hanc supbiam sanaturus caput patri reuerēter īflectit. ita corpe vt corde se submittes. **Op**tauerat p̄terea olim sponsa in canticis osculari osculo oris sui. **Quis** ait mibi det te fratrem meū vt inueniā te foris z deosculer et iā nemo me despiciat. **Tūc** reuera foris frater xp̄s inuētus est qñ extra urbē eiectus in monte palā crucifixus ē. **Osculum** itaq; diu q̄sitū sponsa suscepit qñ xp̄s os porrigēs caput in ligno deflexit. **Caput** etiā inclinat vt ppelli ponderis ostēdat grauitatē: vt suā nobis ingerat paupertatem. vt de p̄summata passiōe patri exhibeat gr̄itudinē. z vt ad se clamantiū vota ppiti⁹ exaudiret. **Cur** aut̄ mori voluerit nō opus ē vt sollicit⁹ inq̄ras cū certū hēas mortē eternā sua morte cōuelli: z p̄ vitā h̄ datā gr̄e vitā illic p̄petuā reuelari. **Dñicus.** Optie te imbuete pia

Cur situerit

Cur cum incli
nato capite

161

Septimus.

virgo reffectus sum. Nunc abs te didici omnia que constat filium tuum aut egisse aut prope sum esse: amorem, humilitatem, clementiam maximam redolere. Atque in eandem credo venire dulcedinem quod post acceptam mortem latro suum militari lancea voluerit transpungi, ut scilicet per vulnus lateris amor patefceret cordis. Nam et ipsa lancea ad cor usque processit. **Maria.** Nunc palam intelligis non habere filios adam quod querulenter paradisi sibi ianuam obseratam esse. Ecce alia illis inuena prope longe illa dulcior, amenior, fructuosior. Per hanc ingrediuntur ad cor saluatoris, a corde ad animam, ab anima in diuinam claritatis abyssum, ubi non temporales sed qui non marcescant fructus suauissimi decerpantur, ubi serpens deceptor nullus pertimescit, ubi nemo aut expellitur aut tristatur. In hac cauerna macerie quoties temptaris ingredi, illic abscondere donec transeat indignatio.

Cur xps latro
aperiri voluit

Dominicus. Delector (mibi crede) in verbis gratie que procedunt de ore tuo. Non iam frustra ad am subter protulisti perizoniam se timidus abscondat ab ira dei: hinc nunc aliud latibulum multo securius latro saucium saluatoris. Sed antequam ad sepulturam domini veniamus oro te o sanctissima ut me doceas quod tres ille cruces significet in quibus cum latronibus est appensus. **Maria.** Tres cruces tria martyria sunt, malorum scilicet hominum, penitentium, et perfectorum. **Dominicus.** Penitentes et perfectos homines in cruce perdere mihi dubito. Sed quod pacto reprobi crucem habeant nequeoprehendere, presertim cum ipsi letent dum male fecerint et exultent in rebus pessimis. **Maria.** Ita ne excidit tibi quod in libro sapientie ipsi de sua cruce confitentur. **Ambulauimus autem vias difficiles: et in via iniquitatis et perditionis lassati sumus.** Hieremias quod: ut inique agerent in terra laborauerunt. **Et ysaias.** Impius quasi mare feruens quod quiescere non potest. **Et sapiens.** Semper presumit sena perturbata conscientia. **Dominicus.** His testimonijs tradici non potest. Sed ipsam crucem malorum velim agnoscere. **Maria.** Superior pars huius crucis est superbia qua laborant miseri ut alijs dominentur. Inferior pars luxuria qua tanquam in stercore volutantur. **Computrescunt enim iumenta in stercore suo.** **Dextera cornu auaricia ut diuitie cum sudoribus acquirantur.** **Sinistra inuidia ut de bonis aliorum crucientur.** **Dominicus.** Vidi maxime funestissimam crucem, sed putabimus ne eos ab hac cruce in paradysum ascendere. **Maria.** Immo pro in infernum demergi: ut de

Cur tres
cruces

Dialogus Septimus

cruce trāseant ad crucē. z ab armis ferreis incidāt in arcū creū
Sed nūc alias duas cruces trāseo breuiter. Crux penitentiū
h3 q̄ttuor cornua. s. p̄tritōem. elongatōem. ignoscibilitatē. re/
stitutōez. Ab hac cruce in paradisu3 cū iusto latrone p̄scendiť.
Cru3 p̄fectoꝝ in q̄ xp̄s defigiť hec h3 cornua. timorē. labo
rē. aduersitatē. p̄tēplatōem. S3 cupis forsan fructuosu3 aliqd
de his crucib3 nosse **Dñicus.** Cupio o mitissima si dignar3
Maria. Habes penes te dñice tria q̄ te crucifigere o3. sp̄m.
carnē. z mundū Sp̄m cū xp̄o. carnē cū latrone dextro. mūdū
a sinistris cū impio. Crux sp̄s est feruor deuotōis. cuius sunt
cornua. amor. spes. timor. z dolor. Crux carnis rigor est disci/
pline. cuius sť brachia. vigilia. abstinētia. aspitas vestiū. disci/
plina verber. Crux p̄o q̄ mūdus defigiť est paupertas sp̄s: cu
ius sť cornua. p̄tēptus glie. pecunie. patrie. parētele. Habes
iam vt arbitroz sufficientē de his crucib3 instructiōem. Sed
queso te mi dominice qui te asseris in cruce vidisse dominum
me quoq3 matrē eius sub cruce assistere nō vidisti **Domini/
cus.** Quid ni viderim o mitissima mater. Fleq3 em̄ nūc q̄dem
eius possum visionis sine gemitū meminisci. Vidi nēpe te sub
cruce pallidā. exanguē. miserā. deiectā. tremebūdaz. z mille do
loris gladijs trāsuerberatā. Cū vero saucius z extinctus recū
beret in sinu tuo vnigenitus tuus aiaduerti te immēsis fletib3
exundantē: z plagas eius innūeris lachrimis diluentem **Hec**
dū cernerē p̄patiebant tibi oīa viscera mea **Maria.** Ego dū
oportunū fuerit munerabor tibi pietatē istaz. noueris tñ me in
passione filij xp̄i ecclie tenuisse **Hec em̄ cū spōsa sit xp̄i z eius**
sanguine redēpta z redimta debet eius cruci assistere. lachri/
mas doloris effundere. sinu pietat3 repausare. vnguēto deuo/
tōis illinire. syndone castitat3 inuoluere. cordis hospicio sepe/
lire. ne peccatū introeat os sepulchri p̄munire. Facile em̄ xp̄s
amittit si p̄fidie reserat ingressus **Dominic3.** Nō segni aure
hec abs te pia virgo recipio. Sed nūc q̄so ad sepulture miste/
riū gradiamur. Fleq3 sine mira rōne est cur deus oīpotens et
maiestatis immēse crudeli morte p̄funktus lintheaminib3 vo/
luerit obuolui. z tanq3 cadauer putridū cum mortuis sepeliri.
Maria. Legisti ne apd̄ ysaiā dñm dicentē In indignatōe

Cur maria s̄b
cruce. z in se/
pultura.

Cur domin3
sepultus.

112

De misterijs passionis xpi

mea percussisti te: et in reconciliatōe mea misertus suus tuus. **Gravi** em̄ indignatōe adā et sua ples percussa est: quā dictū est eis. terra es et in terrā ibis. **Verū** in reconciliatōe magna dñs misertus ē eis quā vt hanc sententiā solueret in corde terre ipse voluerit sepeli ri. **Quid** nūc murmurat hō viuēs: vir p peccatis suis **Ecce** q̄c quid deus hōi p scelere instituit pferendū misericōdia mor̄ vltro sustinuit: vt vsq; ad miserabilē descēderit sepulturā **Dñicus** Incalresco mater ex his q̄ tu loq̄ris **Maria.** Est tñ (vt idē asserit ysaias) sepulchrū istud admodū gloriosum. **Nā** iste in tumulo dei sopor a mortis somno corda mortaliū excutit. hic sopor demonis sup nesvigilantiā obdormiscere facit. hic sopor ad vite grām nos restituit. hic sopor ad videndā dei gloriā cordis nobis oculos resoluit. **Nec** vacat a magno sacramēto q̄ hoc diuinū corpus iacet in tumulo multo vulnere sauciū. ponderosum. obscurū. spinis spiculisq; trāspunctū: vt tu haberes in illa resurrectōe corpus impassibile. mobile. et istar solis subtile. pspiciū. luminosum. **Flueris** tñ nemini hāc gloriā tribuendā: nisi qui veterē hōiem xpo psepelierit: vt mortuus peccato viuat in deo. **Et** sicut christus surrexit in gloria patris ita et ipse pambulet in nouitate spūs: nō in vetustate morture carnis **Dominicus.** Sacramentū qd̄ nūc aperuisti o sapiētissīma: vere magnū et sublime est. donet mihi tuis meritis deus vt sicut que dixisti potui intelligere. possim et ope cōplere. et pleno corde diligere **Maria.** **Ecce** q̄ a me q̄sisti passionis misteriā etsi nō ad liquidū om̄ia: que tñ pro tpe cōmodiuz dici poterāt libēter aperui. **Verū** vt me tibi beniuolā fuisse ac muneficam gratuleris: in admirabile quoddā huius passionis lumē te introduceā: qd̄ et oculos tuos illustret et affectū vehemēter inflāmet. **sequere** me **Dñicus** **En** seq̄r te q̄cūq; ieris **Maria.** **Pulsa** ad ostiū istud et ingredere **Dñicus** **Ecce** aperui et ingressus suus **Maria.** **Quid** tu vides **Dñicus** **Video** hētis rursus saluatozē in sua cruce pēdentē **Maria** **Nihil** ne āplius vides **Dominic⁹** **En** video ab ei⁹ vulnerib; pspargi luci dissimū iubar qd̄ mihi aciē mētis diuerberat. et internos pfundit obtutus. **Tu** mihi rogo hāc refulgentiā tēpera. et qd̄ videre debeam dignāter oppāde **Maria.** **Hoc** qd̄ de crucifixo

R unj

Dialogus

lumen egreditur quorsus tendit Dominicus. Video illud in septem radios diffundi: et nescio quomodo olim incognita cupere demonstrare Maria. Aliquid vidisti. at ne diutius te fatigare noueris in toto universo septem hactenus res occultas fuisse hominibus: quas hoc lumine quod de crucifixo profuit sole clarior potest intueri Dominicus. Et que sunt obsecro hec septem hactenus ignorata Maria. In hanc caliginosam noctem dum versaretur genus humanum ignorabat quod deus. quod spiritus. quod mundus. quod super paradysus. quod infernus. quid peccatum. quid virtus. Et Christus dei filius (sicuti nunc certis) septem lucidissimos de se spargit ardores quibus hec intuiti cognita efficiantur. Vis igitur nosse dominice quid sit deus. Dominicus. Cupio domina vehementer. Maria. Aspice in cruceifixus dei filium. Hic monstrat tibi deum esse inscrutabilem sapientie qui hac passione diabolum fefellit. Deum esse irreprehensibilem iusticie qui pro satisfactioe iustum redemptionis precium requisit. Deum quoque esse inexhaustibilem misericordie qui pro nostris delictis iniquitatibus seipsum in mortem tradidit. Dominicus. Ecce te adoro dignissime et dulcissime redemptor. qui in hoc lumine passionis tue mihi diuinitatem aperire dignatus es. Nunc enim agnosco quod pro tua sapientia plurimum es admirandus. pro tua iusticia humiliter reuerendus. pro tua misericordia dulciter amplexandus Iesus. Accepto dominice et gratam habeo deuotionem tuam. At nunc ex mea passione cognosce quod sit spiritus rationalis. Nam et hoc quod (ut mea mater asseruit) hactenus hominibus mansit incognitum. Trifariam nempe spiritus rationalis diuiditur. Est spiritus angelicus. spiritus humanus. spiritus diabolicus. Intellige nunc spiritus angelicus quod sit benignus qui me suum regem suum gaudium pro humana protulit salute speculis configi. Quam sit humanus spiritus dignus et sublimis pro quo redimendo amara voluerim morte defungi. Quam sit teter acerbus et crudelis spiritus diabolicus cuius nequissima suggestioe in hac cruce defixus fui Dominicus. Hac luce profusus mitissime domine agnosco sanctos angelos esse ab homine diligendos. humanos spiritus ad iusticiam imbuendos. tetros pro totis visibus fugiendos Iesus. Vnum id agnouisti. Verum nunc ex mortis mee lumine aspice quod sit mundus. Intuere quomodo mundani homines quod fuerint ceci qui me veram dei lucem agnoscere noluerunt. dilexerunt enim magis tenebras quam lucem. Intuere etiam quod sunt steriles

Hora septem
hactenus incognita.

103

De misterijs passionis xpi.

qui caduca ambiētes me q̄si inutilē p̄tempserūt. q̄s sint repro-
bi z iniqui qui me deū glorie crudeliter perimerūt **Dñicus**
At nūc video o mi dñe (qđ etiā flens dico) qm̄ vsq; in hāc ho-
rā in secularib; p̄sonis he neq̄cie pseuerant. Nā te suū ppicia-
torē nō respiciūt. tuos pacis z iusticie fructus p̄ce nō ambiūt
et terursum suis iniquitatib; crucifigūt **Iesus.** Verū tu di-
cis fili dñice. z hic ingens z assiduus dolor cordi meo: cū tā in-
gratos z auersos a me cūctos intueor **Sed** nūc ad quartū qđ
clausum erat obtutus tuos defigito. **Respice** igitur quō mea
passio tibi aperit sup̄nus qđ sit paradisus. Nam si tormenta q̄
ptuli diligēter inspexeris videbis paradisum fastigiū esse totū
glorie. spectaculū om̄is leticie. z p̄mptuariū infinite opulencie

Dominicus. Tuo dono illustratus intelligo piētissime sal-
uator q; in passionis ideo volueris nouissimus hoīm estimari
vt nos ad fastigiū glorie sublimares. Ideo summe innocēs vo-
luisti vt reprob; asp̄nari: vt nos reos immēsa cū vultu tuo leti-
cia p̄pleres. Ideo tāta paup̄tate qđ ditissim; es fatigari: vt tua
nos regni tui opulētia diuites faceres. **Sed** q̄s te quibit pro
hac tua charitate dignis effere p̄conijs **Iesus.** Vex nunc
fili dominice quintū (qđ nesciebat mūdus) infernus est. locus
vtiq; plenus egestate z penuria. locus plenus vilitate z igno-
minia. locus plenus acerbitate z miseria. **Dñicus.** Certissi-
me ita esse p̄sidero. Nā vt a nobis dulcissime miserator auerni
egestatē excluderes: ideo paup̄. nudus. sitibūdus in cruce de-
figeris. **Ut** a nobis inferni ignominia remoueres multis tu p̄-
bris. vituperijs. z ludib; fatigaris. z vt gehēn; eterna a no-
bis supplicia diuelleres: post innumera tormenta acerbissima
morte p̄fungeris. **Sed** ve his qđ post p̄clusa tartara rursus su-
is se illic iniquitatib; immergūt **Iesus.** Cōgratuloz fili lumi-
ni tuo: dignus qđ duo reliqua olim ignorata cognoueris. **Se-**
ptū itaq; clausum hoī est ip̄a virtus. Ex hac mea passione ag-
nosce qm̄ virtus est p̄ciosa. est speciosa. est z fructuosa. Est em̄
p̄ciosa. quia malui vitā amittere q̄s iusticiā nō exēq; q̄s nō exhi-
bere obedientiā. humilitatē. misericordiā **Est** etiā speciosa (qđ
tu quoq; mea mater agnoscis) cū videris eā relucere in cōtu-
melijs. in ludib; clarescere. in tormentis victoriā obtinere.

Dialogus Septimus

Est quoque fructuosa: quia tartara confregit. celos aperuit. patrem mitigauit. peccatum explosit. et perditum omnem restaurauit Dominicus. Hinc aduerto mitissime redemptor cum quanto labore virtus a nobis sit expetenda. adamanda. custodienda Iesus. Postremum quod erat homini occultum ipsum est necessarium peccatum. Nunc prudenter fili aduerte quod detestandum sit omnem peccatum. cum ad eius expiationem necesse fuit committi tam graue piaculum poni tam nobile precium. tam difficile medicamentum. Habui enim ego crudeliter perire ut posset peccatum in meis electis occidi Dominicus. Magna dignatio tua suauissime deus. Sed ve nobis miseris quod post tam difficile peccati expiationem tam libenter rursus peccatis inuoluimur quod te dei filium calcamus: quod sanguinem tuum pollutum ducimus. quod spiritui gratie contumeliam facimus. et veteribus delictis noua quotidie cumulamus. Ex hac tua passione domine sicut peccati magnitudinem ita et eius inexpiabilem penam agnoscimus Delinquentibus enim nobis post acceptam tante miserationis indulgentiam iam non reliquit pro peccatis hostia. Non quod peccans si doluerit non possit passionis tue adiutorio uti: sed quod rarissime peniteat qui tantam gratiam superba ceruice contempserit. Sed nunc habeo immortales gratias dignationi tue pietissime saluator. quod me tua passione redemisti. qui tuo me lumine irradiasti. quod vniuersales rerum omnium noticiam mihi clarissimam tribuisti. Tibi quoque mitissima pariter grates refero sempiternas: que mihi passionis huius misteria aperuisti. que me in hanc lucis gloriam intromisisti et unigenitum tuum mihi tam propitium et beniuolum effecisti. Sed queso te ut mihi hic tecum liceat permanere. nam bonum est mihi hic esse Maria. Maiora tibi mi dominice et sublimiora (si iuste vixeris) preparentur. Interea tu nunc proge ad fratres tuos et quod in hoc coelano clam vidisti palam cunctis ediffere. et lumine quo plenus es alios illustrare consuesce. Sicut enim maledictus est qui frumenta abscondit in populis: ita et qui lumen occultat in tenebris. Perge ergo et quod in aure audisti predica super tecta Dominicus. Faciam quod hortaris. Et nunc dulcissima virgo optime vale: et me tuo unigenito charissimum redde. Maria. Et tu fili dominice vale. et nostri in te beneficij memorem face.

104
¶ Finit dyalogus de misterijs sacre passionis christi: et per
consequēs totus liber iste (qui viola anime inscribit) in septē
distinctus dyalogos Colonie Impēsis honesti viri Henrici
Quentell faustissime iam pmo Impressus. Anno natalicij sal
uatoris nostri. D. cccc. xcix. Die. xxix. mēsis Maij.

Epygramma ad librum.

Inter honoratos: nulla formidine: libros
Sume sed exiguum parue libelle locum
Ne vereare libris multo maioribus addi
Corpore: plus iusto: sis licet ipse brevis
Grandia p modicis cedunt nam saxa lapillis
Et prestant magnis sepe pusilla bonis
Fertilis es verbis ad opus mediocre redactis
Sed vires: veluti grana sinapis habens
Debueras igitur minime pregrandis haberē
Ne premeret dominum sarcina forte tuum
Nanq; domi vt reliquis tibi non recubare licebit
Sed possessorem: quo velit ire: sequi
Optima nanq; doces captiq; facillima queq;
Ac iter in celum quo sibi quisq; parat.

¶ Finis



¶ Ad beatam Annam Carmen.

Hic effunde preces deuote poplite flexo
Anna parens vbi cum prole beata sedet
Ne dubita capies quicquid rogitaueris ipsam
Namq; potens precibus iugiter Anna nitet
Nullius Anna preces vnq; dimisit inanes
Sed tulit optatam candida semper opem
Argo piam matrem multo cumulemus honore
Nullius vacuas que finit esse preces
Anna parens iesu christi genitricis aueto
A nobis petimus omne repelle nephas.







